GEORGII MAGNETI

6

A CONSTANTIANA VERCELLEN.

Philoſophię, & Medicinæ Doctoris

AD DOGMA, QVOD DE VINI NVTRITIONE inter primarios noſtri temporis Accademiarum viros Philoſophos, & Medicos, Hieronymum Mercurialem, & Auguſtinum Buccium controuertitur.

DEMONSTRATIO.

In qua, non tàm de vini, quàm aquæ nutritione, pluribusq. alijs, & grauiſsimis Philoſophiæ atq. Medicinæ dogmatibus incidenter pro opportunitate diſſeritur.

Quod poſterior ſeries per numeros digeſta indicabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VERCELLIS,
Apud Franciſcum Bonatum. M. D. XCIII.
Superiorum conceſsu.

CAROLO EMANVELI Sabaudien. Duci,

ET PEDEMONTIVM PRINCIPI SERENISSIMO.

S. OPT.

TVA cauſſa (Sereniſs. Dux:) ſuperioribus annis inter Medicos, Philoſophoſq; tuos in dubium vini nutritionem euocatam fuiſſe, intelligere videor. Qua in re, cùm eorum aliquis pro vino ſcripſiſſet, non inter tuos ſolùm, verùm & alios totius Italiæ magni nominis, & Accademiarum viros excitari amplius quęſtio cœpit. Atq; hinc res maximis argumentis, & rationibus pertractari. Hęc cùm ad me per Reuerendum, Sacrumq; virum Philibertum Buruntium, Illuſtriſsimi, & Reuerendiſs. Pontificij tunc apud te internuntij Auditorem: & virum tui, tuarumq; rerum pari zelo, cum ſtudio feruentiſsimũ data eſſent; tantorum, vel maximorum ingenio-

rum conatus, & labores circa ſubiectam dogmatis difficultatem mirari ſatis non potui: & data occaſione non pertractaſse. Quod vbi, neſcio quo fato, typis cecidiſset, in lucemq; aſpiraturum videretur, quo nàm ſalubriori auſpicio quàm tuo fieri deberet, excogitare, ſcireuè nō potui. Et quidem licet me rei tenuitas conſilij ancipitem diutius detinuiſſet, poſt hoc tamen probabilior quædam ratio me in eadem ſententia tandem confirmari viſa eſt. Nàm præter eam, qua ſoles humanitate, & protectione bonarum literarum amatores proſequi, ne dixerim prouehere, Illud accedere ſolebat; quod difficultatis, & rei inuentionis (ſi inueniſſe quod credo dabitur:) cauſa tu fueris. Sed & pre cæteris in bonarum literarum fouendis ſubditorum gratia ſtudijs cura à te ſuſcepta, ad hoc cogere me videbatur; Quo ad eum ipſum res aptè referri diceretur, cui quicquid ſubdito habere contigit, iure & merito referēdū ſit. Hec ſunt quibus non alteri quàm tibi, Sereniſsime Dux, res deberi videbatur. Ergo veritatis, bonarumq. inuentionum, & ſtudiorum author, atq. Moecenas, hoc tua cauſſa, & gratia qualecunq. ſit, & meæ in te obſeruantie, & tuæ in ſubditos humanitatis, & protectionis monumentum, ſerena, qua ſoles recognoſce, & ſuſcipe fronte. Et ſi parua res ſit, nec ſuos tamen, cum Democrato, manes illi deeſſe putes. Vel huiuſmodi plerunq. etiam maiorem natura vim ineſse, cum Philoſopho p[illegible]ato. ſicq.

cùm

cùm à grauioribus bellicorum, quibus cogeris tumultuum curis, vel aliquando vitæ ſaltem conſeruandæ gratia, vacare licebit, tui ingenij cauſa monumentis excitatis, inuentiſq; oblectare. Bene vale, vt perpetua, fœliciq; vita dignus, inuictiſſime Dux, & tuorum me ſubditorum minimum protegere pro more dignare. Vercellis Kal. Feb. M. D. XCIII.

Tuorum minimus, & humillimus

Georgius Magnetus à Conſtantiana
Medicus, Pyhſ. Vercellen.

RERVM TRACTATIONIS SERIES NVM. XXXIII. DIGESTA.

quibuſdam interpoſitis adiciunculis.

1 Tractationis ſubiectũ, & ſcribẽdi occaſio.
Si de rebus certa ſcientia haberi poſſit, & quibus nõn.
2 In medicina quæſtiones facilius termi-nari.
3 Quibus inſtrumentis veritas in medicina probetur.
Argumentum rei tractandæ proponitur.
4 Negantium vinum nutrire, & Mercurialis rationes.
5 Aliç ad idem rationes.
6 Quid ſimilaris pars, & ꝓ Ariſt. contra Io. Argenteriũ.
Quid diſsimilaris, quid organica, qd ſolida, qd mollis pars. quid vnum continuitate, vel contiguitate.
Quas molles, & humidas partes dicimus: propriè partes non eſſe.
7 Buccii reſponſum ad rationes Mercurialis negantis vinum nutrire.
Suſtinetur pro Mercuriali aduerſus Buccium.
Humores verè corp. partes non eſſe, & ſoluitur Buccii ad hoc probatio.
8 Alia Buccii ad Mercurialis rationes reſponſio.
Suſtinetur Mercurialis contra Buccii rationes.
Nutritionem primò, & ꝓpriè ſimilariũ partium eſſe.
Pro Cardano con Scaligerum.
9 Vnum tantum eſſe vltimum, & actu nutriens, & hoc craſſum eſſe debere contra Buccium.
Proceſſus nutritionis quòmõ ex Hypp. & Gal. declarat.
10 Alia Buccii argumentatio aduerſus Mercurialis poſitionem examinatur, & ſoluitur.
11 Ex robore virium, quod à vini potu præ aqua acquiritur, non probari de neceſsitate vinum nutrire aduerſus Buccium.
Ex qbus nutritoria facultas rectè demõſtrari debeat.
12 Nec à vini macula relicta, aut colore probari vini nutritio-

tritionem.
13 Hypotheſes qbus Buccius ꝓbationes Mercuriali contrarias,& ꝓ vini nutritione inire intẽdit ꝓponunt.
14 Humidum,ſeu humiditas in corpore de quot,et quibus dicatur Gal.
Oĩ corpori quãtũuis ſicco, ẽt igni humiditatem ineſſe.
Siccum quòmodò humido definire dicatur.
Humiditas radicalis ſeu primigenea quæ.
Humiditas affuſa quæ,& quotuplex.
Generationem excrementorum ex nutritione,cauſſam eſſe accelerandæ ſenectutis.
15 Caloris innati actionem nõ fieri primò circa humidũ affusũ, ſed primigeniũ,cõtra Bucii Hypotheſes. Cũ humidum primigenium reſtituatur, quòmodo mors de neceſsitate nihilominus ſequatur.
16 DeductioBucii ex ſuis hypotheſibꝰ inſufficiẽs oſtendit.
Humiditates in corpore,vt ſanguis, &c. propriè non eſſe corporis partes.
Non diuerſas fieri à cibo, & potu nutritiones.
17 A natura calida,&humida vini,nec ab eo ꝙ palato gratum ſit, è vino nutritionem demonſtrari non poſſe à Buccio.
Nec minus ab odore, colore,& ſapore.
18 Veram non eſſe experientiam, ſed apparentiam magis,cui in totum demonſtratio contradicit.
Quòmodò multo tempore animalia viuant abſquè externo alimento.
Gal.authoritates pro vini nutritione à Buccio allatas non demonſtrare.
19 Mercurialis argumentatio conſideratur, & inſufficiens demonſtratur.
20 Dogmatis cardo proponitur.
21 Vitam animæ operationem eſſe,pro Cardano contra Scaligerum.
Animam ſenſitiuam, etiam dormiente animali, & continuo operari, oſtenditur.
In animali nõ differre naturam vt formam ab anima: nec è contra.

22 Sca-

22 Scaliger de vita inficitur. Vita quid ſecundum Philoſophum. Vita quòmodo fiat, & perſeueret.

Vegetatiuam, & ſenſitiuam aīam non aliud quam calidum eſſe, pro Hypp. contra Scaligerum, & Ariſt.

Intellectum, ſeu mentem, quam rationalem animam appellamus, vt ſecundum fidei noſtræ veritatem, ſic & ſecundnm Philoſophum immortalem eſſe: & vtquid ab anima diuerſum, deforis formato iam corpori accedere.

† Pag.42. hoc eodem ſigno.

Non enim á rationali corpus formari dicitur, ſed formatum corpus rationali animari. Quarè, & homo per animalitatem, & rationabilitatem ſimul, & non per rationabilitatem ſolam, vt & vnumquodq. per genus, & differentiam ſpecificam, definiri videtur. Nec propterea plures iu homine animas, aut formas eſſentiales eſſe dixerim, ſed; verè cum orthodoxæ fidei patribus, & ſacra Synodo generali, de quibus Reuer. Pater Toletus propoſitione ſecunda de aīa, vnam tm̄, & rōnalem, quam propriè mentem, & intellectum appellari apud veros Philoſoph. dicimus; vt & locis citatis Plat. & differente Zimara Tab. ſua dict. animas plures in homine, &c. & dict. aīæ propriæ. & dict. aīa nutritiua quæ eſt in embrione, &c. & Philoſ. cap. 1. de iuuen. & ſenect. ad initium: vna, eademq. anima viuere, & ſentire animal dicebat. Neq. .n. neceſſario ſequitnr, vt & ſi ſingulę diſtributiuè particulares eſſentias conſtituant, vt eędem ſimul, vno, & eodem concreto collectæ, & vnitæ idem faciant; ſed vna tantum nihilominus eſſentia fiet, non aliquarum abolitione, ſed inferioribus ad ſuperiores partium, & potentiarum vicem ſubeuntibus. qn̄ talis earum in concreto natura eſt, vt altera de alterius ſecundū prius, et poſterius natura ſit: ſicut de genere et ſpecie, vt ſupra num. 8. 19. et 21. ex Philoſ. et Zimara locis citatis dr̄. Et 2. de aīa tex. 31. dicebat Philoſ. at verò quemadmodum in figuris, ſic et in aīa ſit; nàm tàm in figuris

guris

guris, quàm in animantibus in eo quod deinceps eſt collocatum, id ineſt potentia, quod illo eſt prius. quadrato.n. triangulus, & in ſenſitiuo vegetatiuum INEST. Qđ, & de natura concreti cuiuſlibet, mixtiq. idem videtur, cum multa inſint ſecũdũ ſe diuerſas eſſentias habentia, quę tñ non ita diuerſas concreti eiuſdem eſſentias faciunt, ſed vnā tm̃, cuius illę partes ſunt: & in corpore animali caput, manus, pedes, &c. diuerſum quid inter ſe ſunt, nihilominus vnum ſit animal; non à ſuis ipſarum partiũ differentibus eſſentiis, ſed ab altera quadam à qua indiuiduum quodam animalis fit, vicem illis tenentibus partium ad totum. Sic ergò, & in homine anima. Vndè & Gal. ſi rectè memini, ſiue diuerſas animas, ſiue diuerſas potentias nomines, parum laboro, dicebat.

De ſenſitiuæ corruptione Ariſt. ambiguitas. Et in quod de neceſsitate diſſoluatur.

23 Calidi innati ſubſtantiam non eſſe cęleſtem, contra Fernelium.

Calorem formalem cœleſtem nullum eſſe.

Vndè, & quòmodò in inferioribus calor generetur.

Quòmodò differant calidum innatum animalium tùm inter ſe, tùm ab elementari.

Fernelius quòmodò ambigua de ſubſtantia eiuſdem calidi dixerit.

24 Vita quòmodò fiat, & conſeruetur calido, & humido.

Duabus de cauſis ſiccum ad vitam neceſſarium eſſe, & non niſi ſecundario, & non primo.

25 Nutritionis neceſsitas vnde.

De nutritionis eſſentia pro Vite, contra Scaligerum.

De natura nutrimenti, & quotuplex, & quale nàm continuò neceſſarium, & non.

Nutrimentum quòmò idem cum nutrito, & diuerſũ.

26 Solidum quid, & quotuplex. Omnia ſublunaria ex quatuor fieri elementis. Soliditas: Mollities quid, & quotuplex. Nullum mixtum corpus abſq. humido, & ſicco eſſe poſſe.

27 Vinum quid. Vinum, vt alimentum humidum eſſe: è

contra aliquando vt medicamentum ſiccum;ꝑ Valleriola, & communi ſchola contra Fracaſtorium.
In quibus alimentum, & medicamentum differant.
Quòmodò, & vndè varię vinorum ſpecies, & facultates, vbi ab Hypp.& Gal.tractentur.

28 Authoris probatio ꝑ aquæ, & vini nutritione. Hęcq. nō ſolū nutrire, ſed neceſſariiſsima ad nutritionē eſſe.

29 Pro Ariſt cōtra Iacob.Mart.Scotum de prima ſimpl. generat.& elemen.mixtione. Ariſt.primam generationem ſimplicem tempore, non docuiſſe: quia ſpecies coæternas vniuerſo fecit, & quā (ſi incœpiſſe agnouiſſet:) vtiquè ſm̄ noſtram veritatem accepiſſet.

* Pag.53 hoc eodem ſigno. Quod, & Scotus ipſe ex eomet Philoſ.docet cap.vlt.lib.3. de generat.animal. vt & ex Lactantio Firmiano Inſt. Diuin.cap.12.& Diodoro Siculo ſuę bibliothecę lib. 1.cap.1.& 2. Neq. verò tantopere vrget argumentū ex eodem Philoſ.cap.1.lib.1.de generat.animal.ſcilicet; vt ſi incępiſſet eo modò prima rerū indiuiduarū, vt hominis et aliorum generatio, non fore eiuſd.ſpeciei ea, quæ ſubinde ex horū ſeminib⁹ generarentur. Siquidem, primò hoc cōtra Philoſ. non valet, vt qui hanc primā generationem non admittat. ſecūdò vō ꝙ iuxta veritatē neceſſaria nō ſit illa cōſequentia, ſuſtinentibus D.Thoma, & Scoto Theolog.ſubtiliſs. differente Zimarra Tab.ſua dict.homo non pōt generari à non ſemine, &c.& hoc ēt.annuente Philoſ.ipſa ibid.cap.5.lib.2.de generat.animal. cōtra Democratū, & Emped.Cū præterea videamus eiuſdem ſpeciei arbores alias ex ſem. alias ſpōte, & alias ex inſertione eiuſdem ſpeciei fructus parere, qualia poma et ſimilia. Qđ.ſ.ſm̄ ſubſtātialia, & eſſentialia tm̄ neceſsitatem habeat cōſequentia, ex 12.Methaphyſ.tex.13. docente Zimara Theorem. conueniens fit à conueniente, &c. ſecundū aūt ſubſtātialia, & eſſentialia idē modus ortus erit, ſi ex eiiſdem eſſentialib⁹ principiis fiat, licet immediatis, aut remotis magis, vt de arboribus diximus. Sed neq. contendere eſt, vt ſi coæterna, nec ſpeciei alicuius primum indiuiduum incępiſſe

piſſe Ariſt. dr̄ vnq̄: ergò nec priora alia poni principia poſſunt, ex q̄bus fieri dicātur: ſi ex iis incœperint: nunquam, aut in ea diſſolutū iri nunquā ſint. Quandoquidem quòd non tempore ſemper priora principia eſſe debeant, ſed natura tm̄. cum & æternorum principia ſint æterna, vt corruptibilium corruptibilia: tertio cęli tex. 61. quare, & quoddam principium temporis eſſe, & quoddā generationis docebat idem Philoſ. & ea inter ſe plurimū differentia, primo Phyſ. tex. 23. Si quæ ergò à priori ſciri non poſſunt, ea à poſteriori inueſtiganda ſunt. Cùm è primò hominis, & rerum ortu, ſi nunquam primò incœperint eſſe, cum mundum fuiſſent, prima, & remotiſsima principia ſciri non poſsint, inquit Philoſophus: ergò à poſteriori ex ſubſequenti indiuiduorum euidenteque ortus, & interitus diſſolutione inueſtigentur. Atq. cum in omni mutatione aliquid ſubiici (quod doctrinæ gratia materia appellatur:) aliquid quod in ſubiecto ipſo permutatur, (quod & forma doctrinę gratia ſic nominatur:) appareat, inde duo hæc, pro principiis intrinſicis conſtituit, primò Phyſ. cap. 6. & 7. Cùm verò actionem, paſsionemquè omnem per quaſdam vniuerſaliſsimas, & determinatas qualitates (caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & ſiccitatem, doctrinæ ſimiliter gratia nominatas:) fieri videamus: hinc poſteriora iſta principia appellat. Atq. cùm vniuerſa ex iis fieri, & in hæc vltimo diſſolui cernantur, iure merito omnium ſublunarium principia ea ſtatuit, locis pluries citatis ſecundo de generat. & corrupt. 4. Metheo. 3. & 4. cœli. Nunc verò doceat pręceptor rerum generationis probabiliorem, euidentioremq. modum, & principia, ex quibus & quomodò, vel primus homo, aut equus, aut ordeum, aut triticum; vel poſteriores: aut eorum ſemina ortum ducant, & in quæ diſſoluantur; propriiſq. nominibus ſingula deſignat; & ſi ꝓbabiliora alia p̄ter huiuſmodi inuenerit, omnis erit homo.

Elementa quòmodò ſint in mixtis. & vbi Ariſt. & Gal.

hac

hæc de re contrarii.

30 Vinum quòmodò & cur præ cæteris liquoribus mágis nutriat, aliorumq. nutritionem augeat. Conditiones humido radicali pro vitæ longitudine neceſſariæ. An vinum concreſcat in ſolidum ex Ariſt. contra Mercurialem. De vini vſu præ aqna ad concoctionem, & nutritionem pro Gal. & communi aduerſus Alexand. Petronium.

31 Reſponſio ad formam argumentorum Mercurialis negantis vinum nutrire.

32 Reſpōſio ad Philoſ. Authoritates ꝑ Mercur. allatas.

33 Reſponſio ad alias Hypp. Philoſophi, & Gal. authoritates pro Mercuriali adductas. Quòmodò aqua, & humidum nutriat ex eiſdem Authoribus. ſꝗ

Et ſi aqua non nutriat niſi permixta, nō negandū eſſe ipſam nutrire, cū idem oī externo cōtingat alimento. Nàm quòd aliquid ex ſe ſe nulla vlteriori neceſſaria mixtione mutationeq. nutriat: humido tantum radicali competit, & ei quod vltimum, & actu nutriens ſupra nu. 25. ex Hipp. dicebat. At eorū quę externa nutrimenta dicuntur, vt quę fieri apta nutrimenta poſſunt, nūdum verò ſint, nulli id competere poteſt. vnde, & dicebat Philoſophus; nutrimentum omne compoſitum eſſe debere, & ideò excrementa de neceſſitate generari, vt & ſupra num. 14. ex Gal. primo ſanit. tuen. cap. 2. diximus. & cap. 4. de ſenſ. & ſenſili ad medium; nec ſiccum aut humidū; ſed quod ex vtriuſq. mixtione eſt, cibus eſſe pōt, & lib. de alim. Hipp. alimentum triplex neceſſariū, cibus, potus, et aer. Verū cū de nutrimenti eſſentia ſit, vt ſui ſubſtātia in nutriti ſubſtantiam verti poſsit, quòmodòcunq. facta mixtione, vel mutatione: vel ex ipſo Mercurialis argumento num. 4 & dictis num. 25. idem de aqua, & vino dicendum erit, quod & de aliis externis alimentis, vt tritico hordeo pane, etc. vel de nullis.

† Pag 65. hoc eodem ſigno.

Controuerſa de eadem re loca quòmō iudicanda ſint.

Concluſio ex Plat. de vini vſu.

Vini vſus quàm anceps vt vtilis.

ILLVSTRI

ILL.RI ADMODVMQ. REVEREN. VIRO PHILIBERTO BVRONTIO I. V. D.

Prothonotario Apoſtolico, Vercellen. Eccl. Præpoſito, Canonico,

ET REVEREND.MI FANEN. EPISCOPI Apud Sereniſsimos Sabaud. Duces Illuſtriſsimi Internuntij

AVDITORI PRVDENTISSIMO & D. Suo Colendiſsimo.

GEORGIVS MAGNETVS à Conſtanciana Medicus Phyſicus Vercellen. S. D.

DOGMA, quod de vini nutritione inter celeberrimos re phyſica, & medica Academiarum viros Auguſtinum Buccium, & Hieronymum Mercurialē controuertitur, & ad me XV. Kal. Feb. per litteras dediſti, libentiſsimè perlegi, eam lectionis & iucunditatem, & eruditionem expectaturus, qua nec carere potui, nec ſecus ab iis, Altero in Taurin. altero verò Bonon. Florētiſſimis Academiis inter ſupremos viros, expectare poteram, vel debueram: illudq. Pariter Reuerendo plurimum, & ſapienti viro P. Lelio Collegii ſocietatis Ieſu Vercell. Rectori meritiſsimo, & ſeniori medicorum no-

Scribẽdi occaſ.

ſtrorũ Hyppocratico Coryphæo,excellentiſsimo Marco Antonio Cuſano de tuo iuſſu legendum tradidi. Atqui meam cũ ea de re ratiocinationem aliquam,(vt innuis;) habere deſiderares, ad id perlegendum propenſius reuerſus,paucula hæc quæ in animi,& voti tui gratiam ſpectare viſa ſunt collegi,qualia hic tu legendo, (cum loquentem audire non licet,) audies; Et primò quidem,priſcam ſcias inter antiquos Phyloſophos vertiſſe controuerſiam, primo poſt cap.3. referen. Phyloſopho, an de rebus ſcientiam,& veritatem inquiri poſſe, præſumendum eſſet: & alios quidem,nullorum eſſe ſcientiam aſſeruiſſe; cui ſententię ſtoicos ſtetiſſe, noſter recenſet Gal. dicentibus iis, licere quidem de rebus diſputationem conferendo ſuſcipere, verum ſi de ſingulis dubitãdo exactè perquirendum ſit,vel ꝓbabilioribus ſaltem,(ſi nõ certis:)acquieſcendum poſitionibus eſſe, vel conſtanter affirmari nihil, negariuè poſſe,aut debere; in quod diſputationum genus præſentis hanc dogmatis incidiſſe, mihi certè videtur, vt in quà logices ſubtilitas, & difficultas magis, quàm rei veritas laborare deprehendatur: prout de conſimilibus aliis plurimis in re medica,~~primo ſanit.tuen.cap.4.& 5.& de hac~~ ipſa vini nutritione, tertiò alim. facul.40. teſtari idem videtur Gal.Sed hæc, vtcunq. qualis videatur opinio, quæ ſaltem de certa ea rerum cognitione, quarum aliter eſſe, impoſsibile ſit, circa Philoſophycas ſpeculationes aliquẽ ſibi locum vindicare,negari forſan haud debet, non item, tamen in medicis, admittenda eſſe videtur: quando,vel Gal.9.eorum,quos de Hyp.& Plat.Placitis libros conſcripſit cap.6.teſtante, inter Philoſophos non plures diremptas eſſe diſſenſiones nihil mirum ſit, cum res experientia ſimul iudicari perinde nequeat, ac vt ea de quibus medici digladiantur,vt quorum demonſtrationes operibus verius quàm ſermonibus,& rerum euentu quam ratiocinio, oſtendi,(vel etiam Hypp. lib.de arte medica num.23. & decenti ornatu num.9.confirmante:) debeant; Enimuerò & quoties?tibi virorum prudentiſsime contigiſſe potuit, quod & per ſępe rurſus in poſterum obſeruare licebit,

An de rebus veritas præſumi poſsit

In medicina facilius quæſtiões terminari.

bit, quàm breuiſsimè circa ægros medicorum diſſenſiones, in alterã partium, rei euentu iudicatas eſſe? ſi apud eos maximè res acta, vel agi contigerit, qui & diſciplinarum, & ægrorum non modica, & obſeruata conſuetudine magis, quàm per ciuitates circuitu, exquiſito veſtimentorum ornatu, magnoq. ciuium mulierculàrum more annullorum numero digitos veſtiti, ruditate, & inſcitia ſua imponentes, & ægrorum multitudinem vna tantum à circulatoribus nota, in nulla vero à tragicis perſonis differentes, quæſtuando verius quàm curando, (quorum iam numeroſiore copia, & ſtudio omnium nobiliſsima medica ars ignobiliſsima, Hypp. hanc, primo de lege medica calumniam deflente fieri ſolet:) verum medicinæ habitum non fortuito experimento tantum, quàm recta medendi ratione de ipſius Hypp. ad decentem ornatũ, & Plat. 3. de Rep. ſeu de iuſto dialogo, & Gal. cõſilio ſibi acquiſierint potius, quàm contraxerint. Quæ cum veræ, phiſiologicęq. medicinę, inter ſpeculatiuas alias facultates quibus cum, nexum habet pręcipua ſua laus ſit, & quarum (ſi quæ aliæ ſunt:) ſpeculationis finis non tantum in ſe, quàm in ſenſu & opere, exitum habet, 3. Cęli, 61. vt quid pro rei veritate hac in re ſentiendum videri poſsit demonſtrare conabor. Duo autem cum ſint, quibus phiſiologica medicina ad veritatem inueniendam inſtrumentis, tanquã duobus cruribus incedit, ratio ſcilicet, & experientia, primo 3. & 9. Methodi cap. 3. 2. & 6. & 1. de alim. facul. primo Gal. iuxta duo in doctrinis inueniendi, & procedendi principia intellectum, & ſenſum, ex primo phiſ. ca. 2. nec horum alterum ſufficere poſsit, Gal. ibidem, quando ſenſibus experientiæq. ſi fidamus fallax eſſe multoties ſoleat, primi Aphoris, primo Hypp. plura ſecus longe, quàm re ipſa ſint frequenter ſenſibus cum appareant; ſecundo Nat. facul. 9. Gal. & vni rationi ſi dimiſsis ſenſibus credendum putamus ſimiles erimus inſanienti; cũ præ ſua intellectus noſter ad rerum veritatem imbecillitate, veſpertilionis oculorũ ad ſolis lumen inſtar cęcutire ſoleat; ſec. Methaphyſ. primo, vt cum neutrum per ſe ſufficere poſsit, horum alterum

3 Rei veritatis inquirendę principia

alteri viciſsim ſibi fidem, & teſtimonium præbere oporteat, Gal. & perfectiſsimæ demonſtrationis ſcientiam ex vtrinque notis fieri debere, primo poſt ca.2. docebat Philoſophus; quid horum vtrunque pro rei veritate, hac in re demonſtrari poſsit agrediamur. Ac primò quidem, quandò hactenus, & iam quotidiani vſus experientia quadam obſeruata, & multorum ſumma virorum auctoritate teſtata, vt infra demonſtrabitur, vinum nutrire, omnium communi ſententia in addiudicatum ceſsiſſe videatur: an prout apparet, addiudicariq. videtur, ſic & re ipſa nutriat, an nutritionis apparentia tantum quædam ſit, primùm ratione diſquiramus, tùm quid rationi experientię vſus, & ſumma virorum auctoritas diſſentiat conſentiatq. perſequemur. Ad rei ergò negocium deſcendentes, incipiamus.

rei tractãdæ argumentum.

Argum. partitio.

Et primò quidem, argumentationis inter excellentiſsimos viros vtrinque vim perpendamus, tum circa dogma ingenium exerceamus. Igitur, an nutriat vinum, ſeu
4 nutrire aptum ſit dicere malumus queritur, atque negantis argumentatio, ſic referente excellentiſsimo Buccio, à rei tacita definitione, quatuor incluſa precipuè argumentis pro ſyllogizata texi videtur. Primò, nutrimentum eſt quod vertitur, vel verti in naturam corporis nutriti, vel nutriendi aptum ſit, at vinum in corporis noſtri nutriendi naturam verti non poteſt, ergo nec nutrire. maior omnibus cõceſſa eſt, quia ſic nutrimentum deffinitur. minor verò, totum faceſsit negotium, quando ſi vera eſſet, vtiquè & veriſsima ſequeretur concluſio, ſi verò falſa, ſimiliter & cõcluſio falſa. Atqui minoris etiam veritas, ſic Secundò ſuſtineri poſſe videtur. Quæ nutriri debent, & nutriuntur, denſa, & ſolida ſunt, at vinum adeò liquidum eſt, vt concreſcere, & condenſari in ſolidum non poſsit, ergò nec nutrire poterit. Huius ſecundæ rationis prior propoſitio ſic Tertiò probatur, Ea tantum nutriuntur quæ viuunt, at corpus noſtrum ſecundum denſas, & ſolidas tantum partes viuit, ergò ſolida, & denſa tantum nutriuntur. tertij huius ſyllogiſmi prior propoſitio tanquam ex

Vinũ nõ nutrire ꝑ Mercuriale probatio.

Philoſopho

Philoſopho manifeſta nō probatur, cùm tamdiù vnumquodq. viuere dicatur, quandiù nutritur, ſecundo de anima 14.& primo de generatione, & corruptione tex.41.& nihil aliud ceſſatio nutritiuæ animæ eſſe dicatur quàm mors, lib.de vita, & morte, quandò vita nihil aliud quàm perſeuerantia vnionis animę vegitatricis cum calore definiebatur: eiuſdem verò ſyllogiſmi minor propoſitio, inferius innuente Excellentiſsimo Buccio, ex Philoſop. etiā ſecundo de anima tex.6. probari poſſe videtur: quādò animam corporis organici actum eſſe dicit. Si enim organici corporis anima actus ſit, ergo organica tantum animata ſunt, & viuunt: organica verò ſolidæ ſunt partes, ergò ſolidę tantùm partes viuunt. Quòd autem vinum in denſum, & ſolidum cōcreſcere, & condenſari non poſsit: quæ ſecundi ſyllogiſmi altera propoſitio erat. Sic Quartò ſuſtinetur, quęcunq. aquea ſunt, inſolidum concreſcere, & ſpiſſari non poſſunt; at vinum natura aqueum eſt, ergò in denſum, & ſolidum ſpiſſari non poteſt. Huius quarti ſyllogiſmi propoſitiones, excellētiſsimus Buccius aduerſario ſuo, cū aliqua tamen minoris propoſitionis, de qua infra ſuo loco gloſa, concedere videtur, ex Philoſopho quarto Metheo. tex.36. dicente. Quæ igitur ad aquam ſpectant, feruore ignis concreſcere non poſſunt, & paulò inferius tex. 37. Sola autem ex humidorum genere aqua nō ſpiſſatur, & tex.21. Etenim aqua ex humidorum genere ſola non craſſeſcit, & tex.48. liquidorum igitur quæcunq. euaporare queunt, ad aquam ſpectant. Similiter, & vini naturam aqueam eſſe, ex Philoſopho ibidem tex.31. & tex.41. Quę igitur frigore ſpiſſari nequeūt, ſed concreſcere, ad aquam potius ſpectāt, qualia vinum, acetum, vrina. Nec contrarietas hic in philoſophi verbis putāda eſt, quādo ſupra tex. 36 & 37. dixit aquam non ſpiſſari, nec ignis feruore concreſcere, hic vero tex.41. dicere videtur, quæ ad aquæ naturam ſpectant frigore concreſcere, vt ſi hic quę aquea ſunt, vt vinum, concreſcere poſſe aſſerit, ergò, & nutriet, & contrarium ei quod tex 36.37. dicere videbitur. Aduerte cōtradictionem nullam eſſe, quia ibi tex.36,

ıd cõtra-ietatem, n verbis hiloſ. re-ponſio.

37. de concretione quę à calore fit, non poſſe quæ aquea ſunt concreſcere dicebat, vt qualis in nutritione fieri debet, cum nutritio per concoctionem fiat; cócoctio autem per calorem, primo Aphoris. 14. & 15. quibus habet, qui creſcunt plurimum calidi habent innati, ideo plurimis egent alimentis; & ventres hyeme calidiores, quo circa alimenta copioſiora eſſe debent, & Gal. in com. & Philoſoph. quarto Metheo. ca. 2. & ſecundo de anima tex. 50. & 2. de partibus animalium cap. 3. & de iuuentute, & de ſenectute cap. 2. in fine: Hic vero tex. 41. de cócretione quæ à frigore fit loquitur, quam in his quæ aquea ſunt fieri poſſe dicit: At nequaquã ad nutritionem talis vtilis eſſe poteſt, cum aliòqui à frigido concoctio impediatur, ibidem quarto Metheo. cap. 2. & ſecundo de anima tex. 50. Quare nullam Philoſophi verbis contradictionem ineſſe conſtat. Quòd ſi ergò & vini natura aquea eſt, ex eo etiam aptum non eſſe in nutrimentum verti demonſtrabitur, quoniam aqua ipſa, & humidum non nutrire dicũtur ex Hypp. Gal. com. tex. 17. & 49. tertij reg. acut. vbi conceptis habet verbis: Aqua ſiquidem nõ vt alimentum vires recreat, ſed vt medicamentum ad temperamenti ſymetriam quę propter ipſius immoderationem imbecilla ſunt reducens. & paucis interiectis verbis. Nam humiditatem non modo Hypp. verum etiam & medicorum probatiſsimi ferè omnes cibi vehiculum non cibum cenſuerunt, quod Hypp. ipſe lib. de alimen. in finem dixerat. humiditas alimenti vehiculum eſt. Quibus cõſimilia ſunt & quę quarto de vſu partium cap. 5. & primo Nat. facul. cap. vltimo tradit Gal. & ca. 5. lib. de ſenſu, & ſenſibili Phi. quando habet. Deinde nec aqua ipſa per ſe incommixta alere ſolet, cum oporteat id quod ex aliquo conſtituatur corpulentum eſſe, & idem fere tex. 50. lib. 2. de generatione, & corruptione. Et huius excellentiſsimi Mercurialis argumentationis forma ex Arab. princip. Auic. cap. primo doc. 4. Fen. primę lib. 1. Can. decerpta videtur, vbi hæc in finem verba habet. Aquoſitas nanque non eſt ex humiditatibus ſecundis: neque eſt niſi ex eo quod bibitur,

5 Alia probatio vinum non nutrire.

& non nutrit, neq. eſt neceſſaria niſi in nutrimenti attenuatione & pręparatione. humor nanq. eſt quod ex eo quod comeditur & bibitur, eſt nutriens. Quod autem dico nutriens volo intelligi quod eſt impotentia ſimile corpori. Quod autem in potentia corporis ſcilicet humani ſimilitudinem habet, eſt corpus commixtum non ſimplex. Et aqua quidem eſt ſimplex.

Hęc igitur in vniuerſum negantis vinum nutrire poſſe argumentatio eſt, & eſſe poſſe videtur. Quid ergo ad hæc excell. Buccius? duo facit, & Primò qdem contrariā opinionem diuerſis argumentis aſtruere conatur. Secundò verò Excellentiſsimi Mercurialis ſententiam ſuorum argumentorum ſolutione demoliri contendit. Nos autem diuerſa in re conferenda, vt continuata ſeries menti inhęrere magis valeat, quid argumentis reſpōdeat per ſeriem primùm adnectamus, tùm ad contraria argumenta conſideranda deſcendemus. Verùm nè per ignotas voces ratiocinari contingat, Primò quid ſolida pars, quid organica ſeu inſtrumentalis, quid diſsimilaris, & ſimilaris pars, & quæ harum in corpore ſingulæ ſint pręmittamus. Similaris porrò pars vt a vocis etymologia habetur, ea dicitur eſſe, quæ in genere partium ſimplex, & vndequaq. ſui ſimilis eſt, nec in alias deſsimiles inter ſe partes diuidi poteſt, primo de hiſtor. animalium cap. 1. Et primo de elemen. Gal. cap. 9. & 8. de placitis cap. 4. ex quo malè philoſophum notaſſe, & eum in ſimilaris partis deffinitione Gal. poſt poſuiſſe magnum in re phyſica, & medica Io. Argenterium ſuo in Gal. lib. artis medicæ comen. ſecundo conſtat. Dixi in genere partium, non quòd adeo in ſe ſimplex ſit, quin ex diuerſis & ipſa ſit, conſtetq. principiis: qñ ex quatuor humoribus elementorum quatuor virtutes, & facultates inſequentibus & ipſa componatur, quarto Metheorum cap. 10. & ſecundo de part. animal. primo phyloſophus, & Gal. vniuerſis de temperamentis libris, & primo nat. facul. cap. à primo ad 10. ſed ſimplex dicitur, quia non ex aliis partibus, aut in alias diuerſas partes diuiſibilis ſit, ſed ipſa primò inter partes conſtituatur: & huiuſmodi

6

Quid, & quæ par[...]

Similari[...]

Pro Ari[...] ſto. cōtr[...] Io. Ar[...] genteriū[...]

iuſmodi ſunt os, neruus,vena,arteria: quibus ſi diuidi cõ-
tingat,eárum qualibet pars,vt oſsis os;nerui neruus,& ſic
[iſsimi-] de ſingulis,erit. His opponuntur,quæ diſsimilares partes
[ris.] ab eò quòd ex aliis diuerſis partibus componantur, & in
diſsimiles diuiſibiles pariter ſint,dicuntur: quales ſunt o-
culus, naſus,manus,pes,& ſimiles; vt quæ ex illis quas ſi-
milares dicebamus, componantur,& in eaſdem diuidan-
tur: manus enim, & pes, ex venis, neruis,arteriis,& oſsi-
bus componuntur,ac proinde in eaſdem diuiduntur,Phi-
loſophus paulò ſupra citato loco,Gal.& vniuerſa medico-
[rgani-] rum ſcola vbiq. locorum. Inſtrumentarię autem, & or-
ganicę partis nomen,ſic à munere, & inſtrumenti officio
quo fungitur dictum,commune tum ſimilaribus,tum diſ-
ſimilaribus partibus eſt,non ęquè tamen per omnia con-
uertuntur, quandò quidèm,& ſi aliquandò ſimilaris pars
inſtrumentaria,ſeu organica ſit,& organicæ,ſimilari parti
eſſe contingat, quemadmodum venæ,& arteriæ,quarum
hæc ad ſpiritus, & calorem,illa verò ad deducendum per
vniuerſum corporis ambitum nutrimentum pro inſtru-
mento deſeruiunt,cùm etiã inter ſimilares recenſeantur:
nunquàm tamen fit,vt ex diſsimilaribus ſimilaris pars ali-
quando eſſe dicatur,& ſi tamen organica: quòd è conuer-
sò ſemper fieri contingit,vt diſsimilares ex ſimilaribus eſ-
[ro Ari-] ſe dicantur,Philoſophus 2. de part. animal. cap. 1. Et hinc
[ot. con-] magno Argenterio aduerſus Philoſophum erroris cauſſa
[a Io. Ar] fuit, loco ſupra citato, quòd à vena, vt inſtrumentali
[enteriũ] parte,ad venam vt ſimpliciter ſimilarem deducendo,Phi-
[eſpõſio.] loſophum argueret: verum enim eſt, quamlibet venæ
partem: (vt vena inſtrumentaria etiam eſt:) venam
non eſſe: at verum ſimiliter eſt,quamlibet venę partem,
vt ſimilaris ſimpliciter pars eſt, venam eſſe, eandemquè
naturam,& ſubſtantiã cũ tota vena habere: & ſic Galeno
prius,rectiuſq. partem ſimilarem deffiniuiſſe Philoſophũ
[ſolida.] conſtat. Solidæ ſimiliter nomen, vtrique tam ſimilari,
quàm diſsimilari competit: & ſolida pars eſt,in cuius na-
tura ſiccum humido prędominatur; quare eadem,& ſic-
ca Philoſopho primo de hiſt.animal.1.&2.de part.animal.
2,dicitur,

dicitur cap.2. vt quæ ſui termino contineatur, ſecundo de generat.& corrupt. cap.2.quòd eſt,ſi aliis apponatur contiguitatem quidem faciet, ſed non continuitatem: & ſolidæ ſunt, vt os,arteria,vena,manus,pes,naſus,caput, & ſimiles. Quibus opponuntur quę molles, & humidæ partes dicuntur,quarum contrarium eſt, ſuo contineri termino nō poſſe,ſed alieno,& ſi plures iuxta ponantur, vnā & eandem continuitatem facere ſolent, cuiuſmodi ſunt, ſanguis,pituita, bilis,humor,roſcidus dictus,& ſimiles, in quarum natura humidum ſicco prædominatur.Eſt autem vnum continuitate fieri,quando duo ita per mixtionem confunduntur, vt ambo non niſi vno, & eodem termino definiantur, terminenturq., vnum autem contiguitate,quando duo quidem iuxta ſimul ponuntur, at non permiſcentur, ſed quantumuis iuxta poſita, vtrumq. ſuo termino definitum,terminatumq. remanet; vt diſsimilari in parte,qualis manus eſt, plures quidē ſimilares inſunt, vt vena,neruus,os,arteria;verùm ſingulę ex ſeſe inuicē ſe iunctim ſic,& ſeparatim,vt ſingulæ ſuo termino definitæ determinatęq. conſeruentur, at non ſic in ſanguine, cui bilis,pituita, & melancholia inſunt, quodlibet horum ab altero ſecretum permanet,verum permiſcentur confunduntur q. vt inter ſe diſcerni non poſsint. Eſt autem animaduerſione retinendum,quas molles,& humidas hic dicimus,licèt inter corporis partes ſimilares adnumeremus, vt & Philoſophus ſecundo de parte animal. c 2.& Hipp.6, vulg. morb. ſect. 7.quando corpus incontinentia,contenta, & impetum facientia diuidebat, non tamen corporis partes veras eſſe, ſed tūc impropriè & largo quodammodò partis nomen ſumi,& non proprie: ſiquidem humida ſiccis nutrimento ſunt,vel excrementa. Philoſophus ibidem paulò inferius: & primo de hiſt.animal.c.1.his ſic prę miſsis, ad Bucii reſponſiones accedamus.

Mollis.

Quid vnū continuitate vel contiguitate fieri.

Quomodo humores corpo. partes ſint, ſed meliꝰ infra nu. mero 7.

Quantum porrò ad reſponſionem, negat primo Buccius eam propoſitionem,totius ferè argumentationis baſim,ſolidas nempè partes tantum viuere,& nutriri, & ſuæ negationis rationem addere videtur, & inquit, quia ſpi- 7

ritus,& humores corporis partes ſunt,& viuunt, ergò nō tantum ſolidę. Verùm ſufficiens hæc negationis ratio nō videtur, quandò quòad ſpiritus, non negat Mercurialis, vel ipſo ſuæ initio defenſionis referente Buccio, vino ſpiritus recreari, quod idem quaſi ac nutriri quodammodo dicimus, ſed eo quippe modo, quo etiam ex odoribus, & aromatibus demanſis, & deglutitis recreari, & renutriri videmur: non quidem ſuę in noſtram ſubſtantiam cōuerſionę, ſed ſubtilium vaporum, & ſpirituum exhalatione, ad noſtros ſpiritus ſympathiam habentium, quibus regenerari, & nutriri noſtri ſpiritus videntur. Aut medicamentoſa forſan magis operatione alterando, & roborando. At quæſtio non de tali, ſed de ea, quæ totius nutrimenti ſubſtantię conuerſione in nutritum fit, verſatur. Quòd verò ad humores in corpore, ſiue intra venas adhuc exiſtentes, quos primas humiditates appellant, ſiue extra etiam venas effuſos, quos ſecundas humiditates dicunt, c. 1. doct. 4. fen. 1. lib. primi Can. Auic. attinet, eos propriè corporis partes eſſe, & viuere, nutririq. haud tutò quis affirmabit: quando tales in via adhuc ad corp. partium futuram nutritionem tantummodo ſint, & nondum in corporis nutriendi partium naturam tranſmutati, aut conuerſi. vt iam ex Philoſopho ſupra primo de hiſt. animal. primo innuimus, & Gal. 1. nat. facul. 11. in cuius rei gratiā, venę à natura conditę eſſe dicuntur, vt per vniuerſum corpus pro ſingularum partium nutritione deferantur, Gal. 16. de vſu part. cap. 14. nec niſi largo quodammodo partes dicuntur, quatenus intrinſecus, continuo neceſſarium corpori animalis nutrimentum cum ſint, ſine eorum præſentia animalis vita conſiſtere non poteſt. Quòd ſi cui videretur ex eò corporis partes dicendas eſſe, quòd neceſſariæ ſint, & his effuſis interire animali contingat, reſpondebimus, id non propterea fieri, quòd cum ipſis anima, vt in corp. partibus exiſtens ſimul ac exeat, vt Poetæ nuda verba, vitamq. cum ſanguine fudit, prima facie velle videntur, ſed nutritio intrinſecus continuò neceſſariā cum ſit: (eſt enim, & caloris actio continua, nec animal

Pro Mercuriali aduerſus Buccium.

Humores veras corporis partes ꝓprie non eſſe.

perdurare

perdurare,niſi quãdiu nutritur,poſsit; vt Philoſophus 3. de anima tex. 59.& ſupra nu. oſtenſum eſt,tùm etiã quòd ad ipſorum euacuationem(quãdo vacuum dari non poſſit 4. Phyſic. Philoſophus cap. 7. 8. & 9.) frigidus ſubingrediatur aer, ex cuius frigiditate internus extinguatur calor, inde fit, vt ſanguine, & humiditatibus, tamquàm animalis proximiori,intrinſecoquè & actuali ferè nutrimento ſubtracto, internoq. vitali refrigerato calore, animal perire cogatur, non ſecus ac etiam ex diù negatis externis alimentis illi mors ſequeretur; quarè & Hipp. lib. de alimentis dicebat; Nutrimentum triplex, quod hoc nutrit;(ideſt humidum nutritiuum appoſitum aglutinatum,& in radicalis deperditionem reſtitutum:)quod eſt in via ad nutriendum:(vt ſanguis, qui per venas, ad partium deducitur nutritionem): & quod aptum eſt nutrimentum fieri,& actu nutrire aliquando poſſe, vt cibus,& edulia omnia ſunt: vt Gal. 1. natur. facul. 11. & primo ſanitatis tuendæ in calcem,cum nemo tñ, alimenta corporis animalis partes eſſe diceret, niſi forſan potentia tantùm,quatenus partes fieri in potentia ſunt;verùm hic, non de potentia ad vitam,ſed actu viuentibus negotium eſſe nemo non videt. Neq. verò in Gal. doctrina cauillus dicendus eſt, vt Excellentiſsimo videtur Buccio,humores nutriendis corporis partibus proximos partes non appellare,ſed reuera nec appellandi. Nam quod ex Philoſopho, ſecũdo Phyſic.31.& 3.Phyſ.66.innuit,de natura,& ratione partis eſſe,ſi idem & de materia totius ſit, id verum eſſe intelligendum eſt,vt quod totius pars eſſe debet, de totius etiam materia actu ſit,& non potentia tantum: At humores quantumuis ad nutriendum proximi, nondum tamen nutriendi corporis materia actu ſunt, cum actu nutriens nondum ſint, ſed potentia, & in via tantum ad nutriendum actu,vt Gal.lib.citato primò nat.facul.10. & cap.1. doct.4.fen.prima lib.primi can.Auic. quando dicebat;humiditates non ſuperfluę ſunt humores,qui a principali diſpoſitione conuerſi, membris delegati fuerunt, ſed nondum alicuius membrorum ſimplicium operatio-

Nutritionem continuo neceſſariã eſſe idem infra numero.

Nutrimẽtũ ex parte nutritionis triplex.

Obiectionis Buccii ſolo.

ne perfecta, pars effecti ſunt, quod & infra num. 9. alia dicetur opportunitate: vnum quodquè autem tale, non ab eo, quod eſſe poſsit, ſed ab eo quod actu tale ſit, dicendum eſt, Philoſophus ſecundo Phyſic. textu 11. & 12. non ergò ſufficiens negationis ratio videtur, ſed probatum adhuc pro Mercuriali ſtare, ſolidas corporis tantum partes verè, propriéquè viuere, ac nutriri.

8 Secundæ reſpõſionis Buccii ad Mercurialem conſideratio

Atqui cum non ſatis forſan ſuam hanc negationis rationem tutò conſiſtere cerneret Buccius, propoſitionem tandem admittere videtur, atq. ea ſic ſuppoſita vera, nititur Mercurialis argumentationem pluribus aliis inficiari hoc modo. Et primò demus (inquit) ſolas corporis animalis partes ſolidas viuere, nutririq. prout ex animæ definitione per Philoſophum ipſo ſuo ſecundo de anima lib. textu ſextò data, ex qua ſupra organicæ tantum, diſsimilareſq. partes primò quaſi viuere, nutririq. pbabatur: non tamen proinde ſequitur (ait) quin & ſimilares etiam viuere, nutririq. dicantur; & ratio ſic ſuã vim habere deprehenditur. quicquid viuit, & nutritur, per vitam, & nutritionem ſuarum partium viuere, & nutriri oportet, at diſsimilares, organicæq. partes conſtant ex ſimilaribus, ergò ſi viuunt, nutriunturq. per ſimilarium partium vitã, nutritionemq. viuere, ac nutriri dicentur in qua quidem argumentatione Excel. alioqui vir in tribus nõ ſatisfacere vr̃, primo quia nõ ſatis vnde argumentationi ſuę fidat, habere oſtendit, nam ſi Excellentiſsimi Mercurialis, propoſitio vera eſt, vt ſupponit, appoſiręq; probata eſt; prima tota ab illius negatione deducta argumentatio labatur oportet, ſi vero falſa, tota & quam inſtruere intendit. Secundo quia videtur, Mercuriali imponere, quod per ſolidas, & organicas partes, diſsimilares tantum intelligat, & non etiam ſimilares. vt os, neruum, & ſimiles, quod vtique nõ video, nec arbitrari poſſum, cum alioqui ſolidarũ nomine eæ, maximè veniant; vel Gal. teſtimonio 11. Method. cap. 1. & Philoſophi 2. de partub. animum 2, & 1. de hiſtoria animum 6.

Pro Mercuriale aduerſus Buccium

vt &

vt & ſupra de ſolidæ partis ratione docuimus: quinimo cum nec organicis partib. vt organicis, ſed quatenus vel ſimilares, vel ex ſimilaribus ſunt, & conſtant, nutritio competat, 1. de generatione, & corrup. à tex. 35. ad 39. & 2. de part. animal. cap. 1. Nam etſi ſecundo de anima. 6. anima actus corporis organici eſſe dicatur, eius tamen actus eſſe dicitur vt potentia vitam habentis, potentię autem ad vitam eſſe non poteſt niſi per nutritionem, cum nutritiuum genus viuentium primum ſit, ſine cuius participatione reliquę viuentium ſpecies eſſe non poſſunt 3. de anima tex. 59. licet autem nutritiuo ipſi vt generi ſine aliis ſpeciebus eſſe, Philoſophus 2. de anima 15. & 16. ex quo male contra Cardanum Iulius Scaliger. exercitatione 101. num. 18 dum à nutritione ad vitam inferri poſſe negat, vt & malè 102. num. 7. dum à ſenſitiua ad nutritiuam inferri non poſſe contendit, ex eò quòd è conuerſo à nutritiua ad ſenſitiuam non perinde teneat illatio, cum non æquè tamen à genere ad ſpeciem, vt è ſpecie ad genus neceſſaria eſſe debeat ſequela: nutritiuum autem eſſe non poteſt niſi per ſimilium partium nutritionem, vt quibus ſenſus, & nutritio primò inſunt, ſecundo de anima tex. 27. Philoſophus & ſecundo de Part. anim. c. 1. Diſſimilaribus vero ſecundario, & per aliud, cum per ſimilares, diſsimilarium eſſe conſtituatur, vt ſup. & primo de generatione & corr. tex. 35. quod & 5. colliget c. 3. ad verbum Auerr. confirmare legitur. Tertio quia nihil etiam concludere ea ſua ratio videtur, nam, & ſi negari ſimilares partes ex quibus diſsimilares ſunt, & ipſas viuere, & nutriri non debeat, cum re uera (vt docuimus) ita ſit, vt quid proinde contra Mercurialem ſequitur? an non & eæ ſimilares partes ſolidæ etiam ſunt vt ex Gal. & Philoſopho docuimus? ſi ergò ſolidæ, an non & ipſarum nutrimentum inſolidum conuerti pro ipſarum nutritione debet? & certè debet, ſtante ea, quæ pro Mercuriali, à nutrimenti definitione deducebatur argumentatio vera, prout veriſsima eſt, ergò non dum probatum adhuc videtur, vel in ſolidum ver-

Nutritio diſsimilares, per ſimilares partes cō petit.

obiectionis ſolo.

Pro Cardano cōtra Scaligerum.

ti vinum poſſe nutrimentum,aut alias præter ſolidas in corpore partes nutriri.

9 At in eo prę cęteris Excellentiſsimum alioqui virum mirari ſubit, quod vbi ſibi,& vere poſuit, ſimilares partes, vt organicarum materia, parteſq. ſunt,& ipſas viuere,nutririq. inde ex neceſsitate deducere poſſe putat, vt ſicuti ſimilares materia diſsimilarium ſunt, & ambę tamen viuere,nutririq. dicuntur, ita duplici animali opus eſſe diſtincto nutrimento, ſolidiori inquam, & liquidiori, dum ait. An potius, vt anima primum diſsimilarium perfectio eſt,& actus,ſecundariò vò; etiam ſimilarium, quæ sũt illarum materia, ita animal primum ali dicemus,per ſolidius illud humidum,quod ex cibis reponitur, ſecundario vò etiam per roſcidi, & liquidioris inſtaurationem, vino, liquidioribuſq. potionibus pręſtari ſolitam? quasi vt ratione hæ inter ſe differunt partes, sic & differente nutrimento nutriri debeant. Sed vnde iſthæc ſua teneat conſequentia,nec patet,nec videre poſſum. nam vt ſimilares partes æquè ac diſsimilares organicæuè ſolidæ ſunt, vt tales ex alio quàm ſolido nutrimento ali non poſſe,ex vi principalis argumenti a nutrimenti definitione pluries deducto conſtat, cum nec roſcidæ, liquidioresve humiditates ſolidas partes,(quales ſimilares,& diſsimilares ſunt) actu nutrire dicantur, niſi quatenus glutinosę fieri, & in ſolidum per fluidæ humiditatis ſeparationem concreſcere poſſunt,primo nat. facul.cap.9.Gal.nec diuerſum nutrimentum à diſtincto nutriendi fine, & termino ſunt roſcidę,& liquidiores, glutinoſèq. humiditates, ſed vnum idemq. nutrimentum propinquiori ſolummodo aut remotiori nutriendi actu vel potentia diſtinctum ſunt, vt Hypp. primo de alimen.his verbis oſtendit.Alimentum verò& id quod hoc nutrit alimentum eſt,& quod velit nutrimentum eſt, & quod nutrimentum futurum eſt.Principium autem omnium vnum eſt, & finis omnium vnus, & idem finis eſt atq. principiũ, vbi per nutrimẽtum quod hoc nutrit,actu nutriens,ideſt radicalem,ſolidamq. humiditatem vt etiã

vltimum actu nutriens, craſſeſcere omne debere, & vnum tãtum eſſe.

(paulò

(paulò ſupra diximus) rèſtitutam, per quod velut nutrimētum eſt, id quod in via ad nutritionem eſt, vt roſcidæ vocatæ humiditates ſunt, per quod futurum eſt nutrimentum, cibos, & alimenta tùm externa, tùm in ſtomacū iam ingeſta, & ſanguinem ipſum intelligit, quòd Gal. primo naturalium facultatum 11. diſertiſsimè his docet verbis. Nutritio verò eſt ad id quod nutritur, eius quod nutrit aſsimilatio. porrò vt hęc fiat agglutinatio, ſeu adhęrentia præcedat oportet, ſicuti etiam vt illa fiat appoſitio: & ſeriem nutritionis declarando ſubiungit, poſtquā enim ſuccus is, qui omnem animalis particulam nutriturus eſt è vaſis (ideſt è uenis) excidit, in totam eam partem primum diſpergitur, (& tunc eſt quando ros, ſeu roſcida humiditas dicitur) mox ipſi parti adiungitur, ſeu adhęret, deinde agglutinatur, ſeu craſſeſcit in partis ſoliditatem, demum aſsimilatur, ideſt formam & partis naturam acquirit. Et paulò poſt, patetq. obiter id quod paulò ſupra propoſuimus, rectè dictum eſſe, fieri primum debere appoſitionem quandam, eius ſcilicet quod è vaſis ſeu venis excidit, mox agglutinationem, deinde ei quod nutriendum eſt aſsimilationem; ac propriè quidem nutrimentum eſt quod nutrit, quod verò veluti nutriens eſt, nondum tamen nutriuit, (cuiuſmodi ſcilicet eſt quod agglutinatur, vel quod apponitur) id propriè nutrimentum non eſt, ſed ęquiuocè, quod autem in venis eſt, atq. hoc etiam magis quod in ventriculo eſt, id tam quam nutriturum aliquando ſit, ſi probe concoctum fuerit, nutrimentum appellatur, ad hunc modum edulia quęq. nutrimenta vocamus, non vtiq. quod iam animal nutriant, ſed quod nutritura ſint, ſi probe ſint concocta. id namq. eſt quod ab Hypp. dicitur, nutrimentū qđ nutrit, nutrimētum quod veluti nutrimentum eſt, nutrimentum quod nutriturum eſt, ſi quidem, quod iam aſsimilatur nutrimentum appellatur, quod vero tale eſt, quale illud nempe appoſitū, agglutinatumuè genus, velut nutrimētum, reliquum omne ſiue id in venis continetur, ſeu ventre, futurum nutrimentum dixit, hactenus Hipp. & Gal. quos

& Arab. Princeps Auic. verbotenus cap. 1. doct. 4. ſen. primę lib. primi ſui cano. imitatur, & quot quot veram Hypp. & Gal. inſequuntur medicinam: ex quibus verbis, & illud quod ſupra num. 7. dicebamus, patet, humiditates in corpore, nec vt corporis partes viuere, nutririq. dicendas, ſed nutrimentum in via tantum eſſe; & quod hic aſſeruimus, eas pro ſua differentia, diuerſa non eſſe nutrimenta, ſed propinquitatis, & diſtantiæ tantummodo ad eundem nutritionis actum, gradu inter ſe differre. Secundò verò Mercurialis argumentationem alia pro ſequitur ratione inficiari, quę ſic ſuam vim oſtendere videtur: eorum quę ſimul & maximè ſecundum minimas partes permiſcentur, quò vna miſcelæ minima pars tranſit, eò & omnino traſire oportet: at quotidiano paſtu ita cum cibis vinum permiſcetur, vt ex eis vnica fiat maſſa, ex qua chylus elicitur, qui ſanguificatur, & in nutrimentū per minimas ſuas partes tranſit, ergò in quodcumq. tranſit minima eius chyli, & ſanguinis pars, in idem & de vino tranſire oportet: at illa ſecundum minimas ſuas partes tranſit in nutrimentum: ergò & vinum: minor eſt manifeſta, quia nutritio per minimas, & ad minimas partes fit: maior verò, quod mixti ſcilicet, quò vna minima pars tranſit, eò & de toto tranſire oporteat, ex eo patet, qui alioqui daretur minimi diuiſio, & per conſequens minimum minimo, & proceſſus in infinitum: at hæc impoſsibilia ſunt: ergò impoſsibile eſt minimum diuidi: proceſſus autem in infinitum patet, quia ſi minimum diuideretur, partes in quas diuideretur, eſſe minores oporteret, cum quęlibet pars ſuo minor ſit toto, & ſimiliter partes huius minimi in minores diuiſibiles eſſent, & iſtæ in alias, & ſic in infinitum proceſſus, & minimum minimo dare ſequeretur, cum iam partes, minimo eo cuius partes ſunt, minores eſſent. Quare ex hoc minimum diuidi non poſſe, & ex mixtionis indiuiſibilitate in nutrimentum vinum tranſire probare conatur. Verum, ſua iſthęc argumentatio, vel ex fallacia non concludit, vel in ſe contradictionem implicare neceſſe videtur,

Deductio concluſionis.

rio videtur, nã cũ dici dupliciter minimo cõtingat, vel ſimpliciter, & abſolutè, vel reſpectiuè, & comparatione ad id, cuius minimum eſt; ſi de eo, quod reſpectiuè dicitur, intelligat, vt verum vtiq; eſt, minimam quamlibet mixti partem mixtam eſſe, (vnde ſua vim habere ratio debet;) ſic & indiuiſibilem talem eſſe, falſum eſt, cum & magnitudo naturalis nulla indiuiſibilis eſſe dicatur, lib. de ſenſ. & ſenſili cap. 6. Philoſophus. De eo autem quod ſimpliciter & abſolutè minimum dicitur, bifariam ſimiliter indiuiſibile eſſe intelligi cum poſsit, vel in ſe, vel ab aliis ex quibus mixtum ſit minimis, ſi primo modo, verum quidem eſt indiuiſibile eſſe, at eidem mixto eſſe repugnat, cum id mixtum eſſe dicatur, quod ex pluribus vnum ſit, indiuiſibile autẽ cuius plures eſſe partes non poſſunt: ſecundo verò modo, circa quem (vt manifeſto videtur,) ſua verſatur oratio, inſeparabile ab aliis ex quibus mixtum ſit, huiuſmodi minimum eſſe, falſum eſt, & allata argumentatio ea, quæ à diuiſis ad coniuncta dicitur, fallacia laborat: quandoquidem, ſi quid de ſingulis ſeparatim verum ſit, non tamen de pluribus vnitis itidem verificari oporteat, cum non eadem, Athenis ad Thebas, quàm Thebis ad Athenas difficilior via eſſe debeat. Nec maior mixto in minimas ſuas diuidendi partes, q̃ eidem ex pluribus fieri impoſsibilitas eſſe poſsit, quinimmo mixti oĩs nãlis cõditio neceſſaria magis ſit, vt in ſuas partes diſſolutione redire debeat, Philoſ. c. 1. de long. & breuitate vitæ in calcẽ. Et ſi ergò chylus, & ſãguis ex pluribus minimis vini, & cibi partibus commixtis fiant, quid prohibet, quòminus ſingula cibi minima, à ſingulis vini, & potus minimis ſeparari, & hęc quidem ſecerni, illa verò in nutrimentum ſola tranſire poſsint? Certè nihil: ergò verum quidem eſſe dicendũ eſt, ſingula cibi, vel potus minima indiuiſibilia eſſe, at ſequi ꝓpea ex hoc, minima potus, à minimis cibi ſeparari nõ poſſe, nec concedendum eſt, nec ꝓbari ritè cuippiã poterit vnquàm. Quare nullã huic rõni cõcludendi neceſsitatem ineſſe ſatis apparet. Quemadmodũ, nec ei quam per vini

ad cinamomi decoctum, & è conuerſo, comparationem deducit, quando infert: ſi vinum ſolo penetrationis, diſtributionisq. alimenti officio fungeretur, ergò non plus roboris afferret, quàm cinamomi decoctum ad idem munus non minus aptum: at è contra in conualeſcentibus, & ſanis multo plus roboris à vini potu, quàm per cinamomi decoctum afferri videmus, ergò quid plus præſtare vinum, quàm decoctum cinamomi, nutritionem ſcilicet, dicendum eſt. Non enim iſta tenet comparatio, quoniam licèt vini ſubſtantia in nutrimenti ſubſtantiam non conuerteretur, ſuas nihilominus qualitates ad corporis noſtri ſymetriam cinamomi decocto longè temperatiores habet, vt ex eo mirũ non ſit, ſi conualeſcentibus roborandis, & omnibus aptum reddatur magis, tum in ea, quam cũ cibis in ſtomaco elixatione grati condimenti inſtar ſubit, tum pp quam habet, à corruptione excrementitia, & inter cibos elixandos, & in eo quò diſtributionis, & penetrationis officio fungitur, nutrimenta vendicandi facultatem. Nàm cum humiditatem, frigiditatemquê natiuis itidem ſuis colore, & ſiccitate, à primordiis vſq; generationis, per naturalem decoctionem, & maturationem cõtemperatas habeat, ingenita, ei & innata talis temperies à natura fit, qualis ex aqua, & cinamomo, quantàuis arte parari nulli poteſt: quare ſequitur vt, & in ſe longè minus decocto cinamomi corruptibile ſit, & cæteris etiam alimentis ab excrementitia corruptione vẽdicandis, maximè peridoneum: ita vt in minorem corruptionem abeuntia, maiorem inde nutritionem pręſtare ſoleant: atq; ideò, non propterea quod vinum ipſum per ſuæ in nutriti ſubſtantiam verſionem verè nutriat, ſed quòd vendicatione à corruptela, in maiorem nutritionem alimenta conſeruet, diſponatq;, robur præ cæteris liquoribus afferre aptum eſſe, dici poteſt: è contra verò, cùm epota aqua, non eque bona elixatio fieri poſsit, ſed in excrementa magis alimenta corrumpantur, inde etiam & nutrire poterunt minus: quę & vnica ratio erit, cur abſtemii non æquè robuſti pluri etiam ex cibo, ac

vt

vt Vini potatores minori cum copia ſiant, non quod propriè vinum pro nutrimento ſufficere poſsit, ſed quia ſuo calore, ſiccitateq. vinum conferre, aqua verò humiditate, frigiditateq. obeſſe magis concoctioni, & nutritioni ſoleat: cum à calore concoctio, nutritioq; fieri debeat, à frigido verò impediat, vt et ſuprà nu. 4. in fine alia docuimus occaſione, & 4. Methor. cap. 3. Phyloſophus: vnde & abſtemios excrementitios, ſtercoroſoſq. magis obſeruare, quàm vini potatores, cæteris paribus, licebit; & quandò concoctio per aquæ elixationem minus nutrire poteſt, inde fit, vt repetere frequentius, & copioſius nutrimenta oporteat: & Hypp. aqua, vti & vigilia, edax, ideſt edacitatem inducens, dicebatur, eped. ſexto, ſect. 4. tex. com. 19. quo in loco, & ſi Gal. aquæ edacitatis cauſam in ſui frigiditatem, ex qua in ſtomaco contractio, & vnio cauſatur referre primò videatur, nihilominus tamen in concoctionis, diſtributioniſq. deffectum, paulò poſt his verbis, tanquam in propriam cauſam reducit dicens: at tu ne perperam accipito, ne ve idem eſſe exiſtimato, multa comeſſe, & multa concoquere, atq, conficere, ſi quidem vinum aqua prçſtat, non ſolum ad concoctionem quæ in ventriculo fit adiuuandam, ſed etiam ad concocta diſtribuenda, ad ſanguinem creandum, ad nutriendum, ad lotium citandum, & ad rectè valentium corpora diflanda, ex quibus verbis clarè habetur, non tantùm ex ea, quam ſui frigiditate ſtomaco contractionem facit, ſed & ob diminutam, deprauatamq. alimentorum concoctionem, & diſtributionem, ab aqua præ vino præſtitam, famem, & appetitum, aquam excitare; non ergò ex robore quod vinum inter nutriendum prç cinamomi decocto, aut alio quouis liquore afferat, aut quod à maiore cibi copia excuſet, vini nutritio rectè demonſtrari poteſt, aut debet, cum hçc de eſſentia, & proprietate nutritionis haud ſint, licèt ex veris, ſed communioribus ipſam conſequentibus, verùm de nutritionis eſſentia cum ſit, ſi eius ex quo nutritio quçrit ſubſtantia, in nutriti ſubſtantiam conuertatur,

Ex quib* in vino, &aliisnutritiua facultas demõſtranda eſt, vel non.

tatur ex hac vini nutritoriã facultatem demonſtrare oportet,& non ex aliis, alioqui logica,ſed non demonſtratiua probatio erit; vt qualis Empedoclis, & Democratis à Philoſopho ſecundo de gen. anim, cap. 6. arguebatur; videmus enim & in quarundam cœli ſtatu regionum, paucioribus ex alimentis,cæteris verò paribus,homines robuſtiores,quàm ex copioſiori alia in regione cibi quantitate educari: & nemini tamen, vnius magis, quàm alterius regionis aerem pro ſolidiore nutrimento ſufficere
12 poſſe affirmare licebit. Nec vò ea ſimiliter ad potentiam aptitudinemq. nutritionis in vino oſtendendam valere ratio videtur,quam à vini macula relicta(vt non aqueam vini totam ſubſtãtiam eſſe doceat:) deducere nititur,quãdo color is in vino, ex quo maculas imprimit, non à ſui ſubſtantia,ſed à decoctione magis,quam cum excrementis ſuis,vinatiiſq. facit,acquirat, argumento,quòd ſi abiectis vinaceis, per ſe expreſſum muſtum decoqui reponatur, crebroq. à fęculentia inter coquendum depuretur, nullum quantumuis nigricantium vuarum fuerit, colorem,ex quo notabilem relinquere maculam poſsit,comparabit. Pręter id, quod & colorem quicquam non facere ad nutritionem teſtatur Philoſophus ſecundo de anima tex.28.Sed ex hac propterea ratione,& gloſa qua Philoſophi dictum de aquea vini natura per exuperantiam, & non ſimpliciter intelligendum eſſe interpretatur, atq. ideò ex aliorum ſenſibili elementorum mixtione, quam in ſe,vt lac, ſanguis,& huiuſmodi fluida alia, habet, (& ſi non ob exuperantem aqueam,) rectè in ſolidum nutrimentum vinum verti poſſe concludit, præter id, quod ſe ipſum redarguere videtur, nec etiam Mercurial. vim argumenti ellidit,aut quod intendit,probare poteſt. Et redargutio quidem manifeſta videtur, quandoquidem ſupra ex eo vinum in nutrimentum verti contendebat,non quòd in ſolidum verti poſſe putaret,ſed propter eã,quam cum cibis ad minimas partes permixtionem facere videtur, ex qua ſeparari poſſe non facile poſtea ſibi credere poterat:tum etiam ex conutrire vinum docere conebatur

tur

tur,quod duplicis ſubſtantiæ ſolidioris inquam, & fluxibilioris reſtauratio neceſſaria in corpore cum eſſe diceret,duplicem etiam ex conſequenti nutritionem fieri debere,& liquidioris quidem per potum, ſiccioris verò per cibum afferebat; nunc verò è conuerſò in nutrimentum vinum ideò verti poſſe velle videtur, quia & ſi aqueum eſſe dicatur, non ſimpliciter tamen, ſed per exuperantiam tale eſſe, at verò aliorum elementorum ſenſibilem mixtionem eam habere, ex qua in ſolidum nutrimentum concreſcere poſſe haud difficile ſit. Sed porrò nec quod intendit,ſatis probare videtur,quando & ſi ab exuperantia vinum aqueum eſſe dicatur, non tantam propterea ex aliorum mixtione elementorum craſsitiem habere ſequitur, vt in ſolidum nutrimentum verti poſſe dicendum ſit; hac quinimmo ratione ex Philoſopho,non nutrire poſſe vinum arguebatur,qđ exuperantia aqueum adeò eſſe diceretur,vt eam,qua in ſolidum nutrimentum concreſcere poſſet, craſsitiem non haberet. Nec enim heterogeneam vini naturam, &ab exuperantia aqueum, & non ſimpliciter talem eſſe, Philoſophum ignoraſſe putandum, nec dum dicendũ eſt;nihilominus, totum euaneſcere, nec ex ea quam aliorum elementorum admixtionem habet,concreſcere poſſe dixit; quare, & ſe ipſum ſua gloſa redarguit, & nihiloſcecius Philoſophi auctoritas contra ipſum adhuc pugnare videtur. Hæc igitur vniuerſæ Buccii reſponſionis, & argumentationis aduerſus Mercur. rationum ſumma vr̃;in qua quidem, Mercurialis adhuc in ſuo robore argumenta perſiſtere,nec ſatis Buccio demolita eſſe videntur.

Nunc verò,quoniam non ſolum ad argumenta reſpon- 13
ſione,ſed & nouis,contrariiſquè rationibus ſuam etiam,
& contrariam ſententiam firmare videtur, iam & ipſas,
an id,quod proponunt verè demonſtrare dicantur, diſcu-
ciamus. Ac primò quidem Hyppotheſes è quibus argu-
menta deducit, tum ex iis argumentorum deductam
vim examinemus.Prima vtiq. ex Philoſo. ſecundo de aīa
tex.4.vera eſt, vnaquaq. in nutritione ſua requiri corpus

quod

quod nutritur, alimentum quo tamquam materia alitur,& anima á qua tamquam efficiente nutritio fit; ſicut itidem & ſecunda, animantium ſcilicèt corpora, quatenus calida,humidaq. viuere, & nutriri,eodem de longitudine,& breuitate vitæ cap.2. niſi eò quatenus in duo tantum internum diuidit humidum, in primigenium ſcilicèt ſolidiorem, & affuſum roſcidum; quandoquidem, licèt ea vt vniuerſalis ſufficiens diuiſio eſſe poſſet,ſub membro tamen affuſi humidi, roſcidum tantum conſtituere, contractior eſt partitio,quam veritati,& Gal. doctrinæ cohęrere poſsit,primo de nat.facul.11.&Princep.Arab.Auic.c. 1.doct.4.fęn.primæ lib. primi Can.& quotquot aliorum.

14 Sed vt q̃ de humido interno,primigenio,affuſo,roſcido, & aliis multis frequenter hic meminiſſe cõtigerit, melius accipiãtur,pręſciendũ eſt,ꝙ humidũ,ſeu humiditas in corpore animaliũ de multis dr̃, & primò de humido quoddã primigenio,ſeu redicali,aut innato appellato,ſecundò de humido affuſo quoddã dicto, & hoc bipartiť, vel in humidum affuſũ nutritiuũ,vel in humidũ affuſum excrementitium;vt autem quid ſint,& vnde ſic dicantur, & quem ſingulę humiditates hę in corpore noſtro neceſſarium ordinem habeãt,intelligatur,ſciri debet,quod ſicuti de corporis natura eſt, ſuas in longum, latum, & profundum habere dimenſiones, (ita enim corpus eſſe,quod in longum latum, & profundum demenſiones habet, definitur,) ſic impoſsibile eſt, corpus aliquod ſuas in has demenſiones partes extenſas, vnitas,& continuatas ex ſolo ſimpliciter abſoluteq. ſicco, vel humido retinere poſſe,niſi alicuius humiditatis adminiculo q̃ ſiccę sñt,& è conuerſo inuicem ſiccitatis,quę humidæ ſunt (vt mutuo quodã vinculo) vnitę, & continuatæ in eas dimenſiones ſimul conſeruentur, vnde corpus omne quãtuncunq. ſiccum appareat, vt marmor,& ignis etiam, (eius enim materia reliqua tria elementa eſſe dicuntur; quartò Metheorum tex. 5.) & cœlum ipſum (quamquàm ab his inferioribus longè differenter) humiditatem in ſequandam habere oportet, ex qua ſuarum partium in dimenſiones continuitas ſeruari poſsit,

Humidũ in corp. de quot, & quibus Gal. dicatur.

In omni corpo. quantũuis ſicco etiã igne & cęlo humiditatẽ necciò in eſſe.

poſsit, cum alioqui impoſsibile ſit ex abſolute ſicca materia, & quæ ſimpliciter omnem totalem excludat humiditatem, corporis compagem fieri, quarto Metheor. tex. 5. & 28. dicente Philoſopho, humidum ſicco cauſam eſſe, vt definiatur, & alterum alteri glutinis inſtar exiſtere: qua de cauſa, & definitum omne corpus ex vtroq. conſtare, & definita omnia iſta corpora terra, & aqua conſtare ibidem docebat; exemplo & quo, ex ſolo ſicciſsimo puluere compagem corpoream abſquè humiditatis interuentu haud quaquàm fieri poſſe videmus, & quo aliud quodcunq. corpus putreſcere, & corrumpi præter ignem, quod euincente in quocunq. ſicco ſuo humido, fieri contingit, ibid. Philoſophus. 4. Metheor. tex. 3. 4. & 5. & ſimiliter corpus quodcunq. igni diſſolutum iri, abſumpta quę ei corpori inerat ab igni humiditate, quam (vt diximus) illi etiam, corporiquè cęleſti (quamq̃ in ipſo obſcurius appareat) verum eſt ineſſe, cum & ignis ipſe minorà maiore corrumpatur, abſumpto quod in minori igni erat alimento à maiore, Philoſoph. de longitud. & breuit. vitæ cap. 1. & 2. in calcem; & de iuuent. & ſeneɛt. cap. 3. ad principium; quippe qui ex humido nutritione egeat, Philoſoph. 2. de generat & corrupt. tex. 50. & 2. de anim. tex. 43. ſed de obſucrioribus iis in aliud tempus ſeruata magis opportunitate, ſenſibilioribus nunc mixtis iis acquieſcamus, de quibus, locis citatis fidem ſatis Philoſophū feciſſe cõſtat, 4. Metheor. l. citatis & 2. de cęlo tex. 18. &. de generat. & corrupt. tex. 16. & 49. & Hypp, de nat. hum. Siccum autem humido definiri intelligendum eſt, inter definitos præſcriptoſq. ſuos terminos contineri ſiccum, quod ex ſe alioqui contineri non poſſet, vt ex cadente in aceruum ſicciſsimi pulueris aqua videtur, ex qua manifeſtò quaſdam eiuſdem pulueris partes inter ſe vniri, & componi cernuntur, q̃ corpus vnum ſeiunctum à reliquo puluere conſtituunt: talis ergò hæc humiditas in vno quoquè ſuo corpore propria, & primigenia dicitur. Animantia verò, & quibus cunctis nutritio ineſt, cùm non ſolùm corporis eſſe habeant, ſed etiam viuant, vita autem

Humiditas radicalis ſeu primigenia, quæ.

in in maiore quadam humidi, & calidi proportione exiſtat, de longitudine, & breuitatæ vitę Philoſophus, ca. 2. maiorem propterea humiditatis gradum, quàm ad ſimpl. corp. eſſe requiratur, in ſe habere oportet: atq. iuxta neceſſarium hunc vitæ gradum humiditas, ex qua vita eſſe habet ſuum in animato, ea eſt, quæ in animalis corpore, vt animal eſt, primigenia, redicalis, ſeu innata humiditas appellatur. Et innata quidem, quoniam à prima illius viuentis corporis origine innata eſt, radicalis autem, quoniam radicitus illi ineſt, primigenia, eo quod à primordiis (ſemine ſcilicet, & ſanguine parentum primò ſannit. tuendę cap. 2. Gal. & Hypp. primò de diæta;) eius corporis viuentis generationi inſit; & ex qua primo ſuum eſſe vitale corpus habet; quaquè conſumpta, eius corporis vitę diſſolui contingit: 10. Methodi Gal. poſt medium cap. 11. Verùm cùm calidi agere ſemper ſit, humidi verò pati, ſecundo de generatione tex. 8. & 4. methcor tex. primo: agentis verò paſſum in ſe conuertere; deficeret ex cōtinua caloris actione is pro vita neceſſarius humiditatis gradus, aliunde niſi reſtitueretur, quarè vt pro vitæ conſeruatione ſufficere humidum poſsit, neceſſaria animali nutritio fuit, per quam ex aſſumptis alimentis continuo humiditas inuicem eius quę per caloris actionē deperditur, ſubſtitueretur, quod & vberius ex Galeno 16. de vſu part. cap. 14. & primo ſanitatis tuendæ c. 2. & 3 docebitur: non ſecus ac ſi, pro calore ignem, pro humido goſsipij humiditatem, pro vita verò lucem imaginemur: vt enim ſi in goſsipio ignis accenderetur, fieret lux, non ſecus ex calidi actione in humidum proportionatum vita fiet, tandiù verò ex accenſo goſsipio lux fieret, quādiu ſua pro ignis nutritione ſufficeret propria humiditas: quod ſi etiam aliunde humiditas proportionata, v. g. oleum affunderetur, longè diutius perdurare luci contingent: ſic & à pari in animantium corporibus, ex caloris in humidum redicale actione vita fit, at quàm citò radicale humidum abſumeretur, vitamq. abſumi, citò contingeret, niſi alia per nutritionem ſuper affuſa proportionata humiditate diuturniori

Humiditas affuſa quę, & quot.

turniori

turniore conſeruata caloris in humidum actione, vita p-traheretur. talis ergò per nutritionem ſuppoſita humiditas, ea eſt, quę affuſa ab eò, quòd aliundè ad eius quæ radicalis primigeniaue eſt, differentiam adueniat, dicitur. Verùm cùm nutritio omnis per aſsimilationem eius qđ in principio ſibi diſsimile eſt fieri, debeat 2. de anima tex. 45. Philoſofus. aſsimilari autem id quod diſsimile eſt, nō poſsit, niſi ſecundum quas tale eſt, partes remoueantur; Inde fit, vt in iſta diſsimilium ſeparatione, nutritioni etiā ineptas generari humiditates oporteat, vt perbellè Gal. primò ſanit. tuen. cap. 3. & Philoſ. de longitudine, & breuit. vitæ cap. 1. verſus finem, quę cum vna accelerandæ ſenectutis potiſsima cauſſa ſit, Philoſopho eò in loco. cōfirmāre, iis animaduerſioni ſit, qui indiſcriminatim quoſcunquè eò quod ſapiant, & nullius præſentaneæ noxę eſſe ſentiantur, excrementitios ingerunt cibos. quare ergò & affuſa humiditas in nutritiuam, & excrementitiam diuidi dicebatur: de qua porrò, nunc excrementitia propoſitum noſtrum non ſit. Ea porrò quę nutritiua dicebatur; quoniam talis quale id eſt, quod nutriendum venit, generari debet: (vt quæ neutiquam per ſe talis reperiri poſſit:) inde fit, vt cum ad ſui generationem priuſquam vltimum finem, & nutritionis actū acquirat, plures acquirere gradus oporteat, plura etiam nomina ſortiatur; & ſex præcipuè; nempè chyli, ſanguinis, roris, appoſitionis, agglutinationis, & aſsimilationis, vt ſupra, num. 9. ex Gal. 1. nat. facul. 11. & principe Arab. Auicc. fen. primè doct. 4. cap. 1. lib 4. canonis: ex quo docuimus, non alicuius diuerſitatis futurę nutritionis gratia ſecundum hos gradus, has inter ſe diſtingui humiditates, vt excellentiſsimo alioqui videtur Buccio, ſed ad vnum eundemquè nutritionis actum propinquitatis, vel diſtantię tantum gradu.

Animaduerſio notabilis.

Quare ergò iàm dictū ſit humidū ſeu humiditatē in corpore dici, vel de primigenia radicalē, ſeu innata, vel de affuſa, & hanc affuſam de nutritiua dici & excrementitia: nutritiuam verò de ea quæ ad nutritionem apta eſt, &

Epilogus de humiditatibus.

D hanc

hanc ex diuerſitate graduum per quos ad nutritionis actum tranſit, diuerſa nomina ſortiri, & chyli, & ſanguinis, & roris, & appoſitionis, & agglutinationis, & aſsimilationis, nec ſecundum diuerſos terminos hos, diuerſas fieri nutritiones, ſed omnes ad vnum, & eundem nutritionis actum referri, Nec tacendum obiter putamus, excrementitias humiditates in ſummas quinq. ſpecies reduci, fęces, vrinam, pituitam, bilem flauam, & bilem atram ſeu melancoliam, dixi in quinq. ſummas ſpecies reduci, quia, & omnia alia excrementa ſi quę nominãtur, vt ſudores, & ſordes ad has reducantur.

De tertia porrò ſua hypotheſi an aſsidua naturalis caloris actio primò circa affuſum (vt ponit,) vel circa primigenium humidum fiat, grauis (vt fatetur,) inter ſummos viros controuerſia ſi exiſtat, omnibus acceptæ hypotheſes huiuſmodi eſſe deberent, aliòqui ſi controuerſa principia ſumantur, haud tutò inde deducta conſiſtere argumenta poterunt. Nec ad ſuam ſibi firmandam hypotheſim dixiſſe ſat eſt, Innatum calidum ex accidenti, & per modum ſequelę tãtum, in humidi affuſi defectum, circa primigenium agere; quandò vtinam ſi eſſet, ſequeretur, vt affuſi humidi per nutritionem ſuo oportuno tempore ſubminiſtrandi diligentia adhibita, perpetuam, quàm facile ducere, vel ad longiora ſaltem æua protrahere nobis vitam foret, quod nulli tamen ex quantouis pręſtito ſtudio acquiri poſſe videmus. Verùm contrarium nobis, & pro ratione fieri magis cenſetur, vt in primigenium humidum calor innatus proprium tanquàm in nutrimẽtum, de ſui natura primò agat, tùm verò ex accidenti, & ſecundariò ante tempus in affuſum. Et notanter de ſui dixi natura, quia alio non poteſt calor innatus humido, quam primigenio ſuo nutriri, aliòqui perpetuari vt dictum eſt, vita poſſet: ſi verò alterari cõtingat, naturamq. ſuam mutare, & extraneam acquirere, tùm vtiq. exceſſum hunc ſuum in affuſum exercet humidum, vt proprium ſibi quamdiu poterit pro retinenda ſui natura nutrimentum conſeruet: ignis exemplo, quem in lychni

An primainnata caloactio in humidũ primigeniũ vel affuſum ſeu nutritiuũ ſit.

primigenium humidum primò, poſt in affuſum oleum, & non è conuerſo agere cernimus; quòd ſi aliòqui in affuſum oleum primò ageret, nō deſſiciente oleo, nunquam lychnum conſumi videremus. Dixi etiam ante tempus in affuſum agere, quia cum affuſum humidum in via ad humidi primigenii, & radicalis deperditionem reſtituendam ſit, fit vt antequàm in primigenium, & radicale conuerſum ſit, ab aucto innato calore, & extranei naturam adepto prçneceſsitate depaſcatur, quod primò ſanit. tueri. cap. 2. & 3. his verbis perbellè declarat Gal. Vna igitur hæc eſt omni genito corpori corruptelæ, interituſq. connata neceſsitas: altera eſt, quæ etiam in animalibus præcipuè cernitur, totius ſubſtantiæ fluor, quem INSITVS CALOR EXCITAT. hæc itaq. incommoda nullum, quod genitum ſit, corpus effugere poteſt. & paucis interiectis, nàm cum tota moles animalium in toto perpetuò fluore ſit, ni ſimilis altera ſubſtantia pro ea, quæ defluxit reſtituta ſit, euaporabitur certè, atq. diſsipabitur vniuerſa; Quò factum arbitror, vt natura non animalibus modò, verùm etiam ſtirpibus inſitas quaſdam vires deficientis, ac deſiderati ſemper appetentes ab initio ſtatim dederit, & paulò infra cap. 3. Cum enim quotidie propter inſitum ipſis calorem cunctis animalibus nonnulla ſubſtantiæ portio defluit, nec eſt aliter huius iuſtum modum ſeruaſſe quàm cibi, potionis, reſpirationis, & arteriarum motus ope, neceſſe eſt ex his contrahi excrementum; cui aſſentiri legitur Auer. 5 collig. cap. 3. & ex eo Conciliator diff. 112. Et Arab. princeps Auicenas fen. prima primi doct. 4. cap. de humor. dicens: alia (humiditas ſcilicet:) eſt humor per omnia tranſiens membra ſicut ros, qui in nutrimentum conuerti eſt aptus, cùm corpus nutrimento careat, & vt membra humectet, cum aliqua cauſa fortis motus, aut alia exiccauerit. Et cap. 1. de longit. & breuit. vitæ verſus finem Philoſ. ſi igitur quando actiuum, & paſsibile ſimul ſunt ſemper alterum agit, alterum patiatur, fieri non poteſt, quin fiat mutatio. ex quibus probatis Cōcto. authorum locis manifeſtum quod dicebamus emergit

continuam humidi primigenii deperditionem; per innati caloris nutritionem actionemq. cauſatis; in cuius porrò deperditionis reſtitutionem nutritio animali neceſſaria fuit, & ſic non quidem ad caloris actionem, & nutritionem primò, ſed ad radicalis reſtitutionem, nutritiuam humiditatem vſui eſſe: Nec calorem proprium ſeu innatum in nutritiuũ agere humidum, niſi ſecundario, & media radicalis primigeniiue reſtitutione, aut quatenus alterari à ſua natura, & extraneam ſubire contingit, vt concepta Arab. princip. verba relata explicare leguntur.

Præoccupatio.

Quòd ſi quis mihi ex Gal. primò de differentiis febrium cap. octauo & decimò methodi cap. 11. ſic moleſtus eſſet, ergò febris tabida, quæ in ſummò hecticè gradu, & ex humidi radicalis cõſumptione fit, prior aliis duabus quę ex conſumptione humiditatis affuſæ fiunt, eſſet, ſi radicalis primo quàm affuſa depaſceretur: reſpondemus vtiquè non illi ab innato calore ad extraneũ argumentationem valere, ſed magis noſtræ ſententiæ robori ſtare: Nam, & ſi innatus calor primigenium humidum depaſcit primò, non æquè tamen extraneus facit, quinnimò, vt diximus vbi innatus calor extranei naturam acquirit tùm primò, in affuſum humidum agit, vt innatum, & radicale diutius ſeruari poſſit; febris autem extraneus calor eſt vel innati caloris in extraneum conuerſio Gal. com. apho. 16. lib. primi; ergò ab innato ad extraneum & è conuerſo argumentatio non valet, cum diuerſa, & planè in totum contraria vtriuſq, à ſe inuicem actio ſit, vt apertiſsimè Metheo. 4. cap. primo Philoſophus docet.

Præoccupatio.

Ad id autem, quod aduerſus ea, quæ de humidi primigenii per nutritionem reparatione diximus, obici poſſe videretur; quia ſcilicet ſi reparari poſſet, ſimiliter, & perpetuari vita daretur; reſpondemus id verum eſſe, ſi eo perfectionis gradu quale ideſt, quod deperditur reſtitui poſſet; at qui tale reſtitui non poteſt; vnde fit vt longo temporis curſu proprio nutrimento corrupto, & in extraneum abeunte perire tandem animal cogatur. Nam, & ſi nutrimentum dicatur, propterea quod in naturam

verta-

vertatur nutriti; fit tamen, vt tàm ex parte agentis, quàm paſsi adeo temporis progreſſu retundatur actio, vt quicquid per actionem illam reſultabat, omne ſimul perire contingat; non ſecus ac ſi ex optimi vini dolio paululo quid hauſto quotidie tantundem eius in uicem aquæ, vel deterioris alterius vini affunderetur: Nihil enim, & ſi per aliquod tempus detrimenti pati videretur, multo temporis tamen procedente curriculo in deterioris, vel affuſæ aquæ naturam abire cogetur: cuius rei ea ratio eſt, quia agens omne naturale cum agendo repariatur, fit vt, & ſi ſimile maximè per nutrimentum humidum primigeniũ reſtaurari videatur, omnimodè tamen ſimillimum eſſe non poſsit Gal. lib. de aſſuetudinibus docente, & tertio de ſympthomat. cauſis cap. ſecundò, & Philoſophus 2. de generat. & corrupt. à tex. 35. ad 42. & latiſsimè conciliatur differentia 112. Vnde ergò fit, vt aliquando tandem in eum deteriorem deueniat gradum, quo amplius vita conſeruari non poſsit. Ex quò quàm longè aberrent di ſcant ii, qui minus rectè obſeruatam victus rationem impune tranſire putant, vel inde etiam medicamentorum vſu corrigere ſibi credunt: quandoquidem ea ſi de cauſſa mors fiat, quoniam id quòd per nutritionem quantauis adhibita diligentia reſtituitur, cum detrimento ſemper accedit, quale nam erit, quod per incautam victus rationem, vel ad frequentes medicamentorum euacuationes ſubſtitutum veniet? quod qui ſapiunt intelligant, quando maior diſciplinarum pars eſt, rectum poſſe iudicium facere de his, quæ ſcripta ſunt.

Preocupatio altera.

Animaduerſio notanda.

16 Verùm iam, quid ex pręmiſsis hyppotheſibus deducat Buccius aduerſus Mercurialem proſequamur: ergò ex duplici partium natura ſimilarium ſcilicet, & diſsimilarium, & duplici animalis humiditate fluxibiliori ſeu roſcida vna, ſolidiori verò, & primigenea altera vocata; duplicem nutritionis neceſsitatem animali ineſſe putat, & vnam quidem ſolidioris

ſcilicet

ſcilicet ſubſtantiæ per cibum, alteram verò fluxibilioris ſubſtantiæ per potum: dum fluxibiliorem eam, roſcidâuè humiditatem inter animalis corporis partes æquè vt ſolidiorem adnumerandam eſſe contendit, vt quæ de totius corporis materia pariter ſit; quod vt ſuæ opinionis auctorem habeat Philoſophum 3. hiſt. animal. cap. 2. in teſtimonium adducit, cum inter ſimilares corporis partes ſanguinem adnumerat: quàmquàm, & quod alibi non eſſe partem corporis, vt 2. de part. animal. cap. 10. ſed alimentum ſanguinem dixiſſet, conſiderare prius debebat, vt & de iuuen. & ſenect. cap. 2. ſecũdò de part. animal. cap. 3. & 4. & ſecundò de generat. animal. cap. 4. Verum id illi accidiſſe videtur, quod Philoſophus de his, qui ipſo primò itineris ingreſſu à recta ſemita declinare incipiũt monet, quos eò magis à propoſita meta abſcedere ait, quò citius in primo itineris ingreſſu à recta via declinare incæperint. nam quod non ſtabiles hyppotheſes poſuerit, vt docuimus, minus & id conſtans eſſe quod ab iis deducitur eſſe oportet; ſi quidem humiditates tùm reliquas, tùm roſcidas inter veras propriaſq. corporis partes adnumerandas non eſſe, iam ſupra num. 6. & 7. oſtendimus, ſicuti, & illud, diuerſa diſtinctaq. vltimo nutritionis actu nutrimenta non eſſe roſcidam, nutritiuamuè ſeu affuſam, & radicalem humiditatem, ſed vnum idemq. nutrimentum actu tantum, vel potentia nutriendi diſtinctum: quod cũ ſupra numeris 19. & 15. ſatis docuerimus, ab his nunc repetendis abſtinendum magis putamus; quare ergò & illud nunc minus verum eſſe poterit, vt diuerſæ vllius futurę neceſſariæq. nutritionis ratione, diuerſa etiam quæ extrinſecus accedunt nutrimenta, & humidum quidem fluidumuè potum, ſolidum verò ſeu craſſum cibum eſſe debere. nam & ſiquidem ambo hæc externa nutrimenta, & ſolidum per cibum humidum verò per potum neceſſaria ſint, non vllius tamen diuerſæ futurę nutritionis, ſed ea qua infra dicemus ratione neceſſaria ſunt.

17 Quę verò à vini natura argumenta deducit quoniam calidam, & humidam temperiem habeat, & ei qđ nutriri

debet

debet calido ſimiliter,& humido maximè ſimilem,palatoq. admodum gratam, præter quod ſummum habet Fracaſtorium rei phyſicę& medicę virum doctiſsimum contradicentem ſua de vini natura quæſtione, & ſententia,vbi non calidum,& humidum,ſed calidum,& ſiccum maxima ratione, & auctoritate probat, nec etiam quicquam cōcludere aduerſus Mercurialem videntur:ſi quidem verum eſt calidum & humidum id, quod nutriendū eſt,eſſe debere,verū nō qualecumq. humidū,ſed viſcidū, craſſum,& pingue, Philoſ. de longit.& breuit.vitę cap. 2. & Gal.cap. 11. nat. facul. quod ideò ſolidum,etiam(in quantum verò ſolidum humido in eſſe poteſt,) dicitur, humiditatem verò vini in craſſum verti non poſſe, initio ex Philoſopho probabatur. Quare concludere non videtur argumentum,nec aduerſæ partis rationem elidere. Quemadmodum nec ab eò ꝙ palato iucūdè ſapiat ſufficiens ad nutritionem indicium eſt: cum & frigidæ humidæq. aquę potus neceſſarius ſit, & ſapiat, non tamen nutriat, ſi Hyppocr. et Galeno locis ab initio nu. 5. citatis in finem de alimen.et 19.et 49.tertii reg.acutorum credendum eſt: et calida humidaq. plura ſapiunt,quæ tamen nec dum nutriunt,ſed interimunt magis: quod de ephemeris colchicis Diaſcor, animaduertebat: ergò ſi non quælibet palato grata temperies quamquam calida, et humida nutritioni apta dicenda eſt, nec quolibet in humido innati caloris ſuſtentatio, quæ vita appellatur, fieri poteſt,ſed in eo tantùm quod craſsitiem, et ſoliditatem quandam ſi non actu ſaltem potentia habet,talem autem quæ cōcreſcere poſsit, vino humiditatem ineſſe nondum conſtet, ſed contrarium magis ex Philoſopho probatum pro Mercuriale eſt; nullam Buccii argumentationis ad id quod probare intendit,vim eſſe debere.

Argumenta Bucii à vini natura deducta.

Quod autem (vt innuere videtur:) & ſi non ab exuperante aquea natura,ex aliorum tamen elementorū mixtione craſsitiem vinum contrahere poſsit,hetherogeneū cum ſit,id iam Philoſopho hetherogeneam vini naturā ignoratam fuiſſe,imponere eſſet, quod & ſupra num. 12.

tamquàm

tàmquàm abſurdum reiciendum diximus: præſertim verò cùm nec in vini proprietatem muſtum cadat, ut id qđ ſuis cum excrementis impurum adhuc eſt, aut dulce, quartò metheo. tex. 47. & tertiò problem. 27. Philoſ. & Hieronym. Fracaſtorius ſua de vini natura ſententia cap. ſed id ſolum quod ſua decoctione purgatum eſt, & inter omnes exceſſus medium: ſicut nec in proprietatem ſanguinis tota eius cadit maſſa, ſed quod ſolum ab aliis tribus humoribus contradiſtinguitur.

Ab odoribus verò, coloribus, & ſaporibus nutritionem arguere, cum per ſe nihil ad hanc præſtent ij, vt Philoſophus 2. de anima text. 28. ſuperuacaneum eſt, præter id etiam quod vino ſpiritus recreari Mercurialis nō neget, & ſi quid ab his præſtetur, non nutritiua, ſed medicamentoſa magis forſan propria vel aduentitia facultate alterando, & non ſui in nutriti ſubſtantię conuerſione pręſtetur, quod & de aquæ frigiditate Galenum dixiſſe ſupra num. 5. oſtenſum eſt ex com. rex. 17. tertii regiminis acutorum, & vini dulcedine Philoſophum, ſec. 3. problematum nu. 27. dùm docet vinum dulce ebrietatem non inducere, & ſi ſuauius ſit, quia dulce vinum nullũ pprium vini ſaporem habet, ſed alienum, & rei dulcis non vini deſiderio teneri, qui dulce vinum appetet.

Ad Galen. authoritates, & experiẽtias pBuciũ allatas reſponſio.

Quæ verò à Galeni auctoritate 7. 12. & 14. Methodi experientiaq. affert, nec ſimiliter pro ſua ſufficiunt ſententia demonſtranda. Nam quoad experientiam, non vera ea ſputãda experientia eſt, ſed apparentia magis, cui ratio in totum repugnat, qualis ea qua vinum in nutriti naturam verti non poſſe demonſtrabatur. Nec enim elegans ea vt arbitratur ad vini nutritionem conuincendam ſufficiens hiſtoria eſt, quam ex Thoma Sauilianenſi medico affert, in qua præ inopia in Burgeto oppido ditionis Laudenſis quandam vnius menſis puellam mollis ſpongiæ fruſto vino imbibitæ, labriſq. admotæ tandiu ſeruaſſe refertur quoad offæ, & ferculis liquidioribus alimentis aſſueuit: Nam quamdiù id perdurarit pro rei veritate pbanda ſciuiſſe oportet, quippè conſilii ne ita expers fuiſſe

potuit

potuit (quando conſilium magis impartiri neceſsitas ſoleat:) quin ſolis vino, & ſpongia cæpta re, panis inde molicam vino imbibitam, poſt vnum, alterum, vel alterum diem ſugendam admouerit? ex qua, & ſi non tota panis ſubſtantia, plurima tamen, & ſubſtantifica exugeretur? aut non ſpongia, vel panis tyrunda lacte vacino, vel alio imbibita vſa magis fuiſſe poteſt? Quod ſi multi temporis ſpatio id ſolo ex ſpongia ſucto vino perduraſſe potuit, vt ad vnum alterùmuè menſem: hoc iam non naturę vi, (niſi nobis occulta forſan:) ſed miraculo diuino potius dicendum eſt fuiſſe; quarum rerum cum per raris admodum euentus (etiam ſi ab occulta naturæ vi fuit:) eueniant, doctrina fieri non poteſt; cum ea quæ ſuapte natura ſunt, vt plurimum talia ſemper fiant; ſi vèrò centum hoc modò puellas vno tantum menſe quis nutriendas tentauerit, vix in vna rem auſim affirmare euenturam; quod nemo (mihi credat:) ſuorum periculo filiorum tentare audeat: & de quibus ſi ratio reddenda eſt, tunc vtiq; eam nos toto eo tempore puellam abſq. extrinſeca nutritione magis fuiſſe credendum videtur, eorum inſtar quos different. 112. medicorum Conciliator refert: mulierem ſcilicet quandam in Normandia totis 36. annis, abſq. exterioris alimenti aſſumptione ſuperuixiſſe, quę tamen quandocũquè vellet ſanguinem, ſibi ex ore, & naribus elliciebat: & alterã monialem in ſtendal Saxoniæ medianæ, quę duobus annis, vno ſolo pomo vixit; & de iis animalibus quę tota hyeme externo abſquè cibo degere, refert Gal. com. Aphoris. 15. libr. primi, intrinſeco tantum ſuſtentata alimento natura. Quàmquàm non ſeptem vltra dies hominem externo abſquè cibo perdurare poſſe dixerit Hypp. lib. de carnib. numero. 21.

Nec à vino craſsitie pro ſui nutritione oſtendenda, opportuna ratio contra Mercurialem deſumpta videtur, vt quę à ꝓpria vini natura ea recedere dicat, atq. in cõmuni

de vino ſermone de huiuſmodi intelligendum non eſſet, ſed eo quod ab omni conſiſtentiæ, coloris, ſaporis, ætatis, & aliarum differentiarum exceſſu longius recedit, vt ex Philoſopho, loco ſupra citato problemate 17. ſec. 3. Hoc autem tale cum à prædominio aqueam fluidam ſuę naturam, & conſiſtentiam retinere, ex Philoſopho probatum ſit, an in partium ſoliditatem corporis nutriendi concreſcere poſsit, hoc opus, hic labor probare eſt. quæ enim à Gal. auctoritate paulò ſupra adiectis pro vini nutritione habentur, ſi rationi demonſtrationiq. repugnant, & ſibimet aliis in locis, vt pro parte negatiua nu. 5. probabatur, vel ſuſpecta fieri debent, vel eo quo Mercurialis interpretanda modò: per nutrire ſcilicet maximam ad nutritionem conferentiam, & neceſsitatem intelligendã, non quidem ſuæ in noſtram ſubſtantiam conuerſione, (quod de nutritionis eſſentia eſt.) ſed alimentorum concoctionis, diſtributionis, & penetrationis faciendæ neceſsitate, quod & com. ſupra nu. 11. citato, tex. 19. ſec. 4. ſexti Epod. comparatione ad aquam explicare videtur Gal. Præſertim verò, cum, & 2. de alimen. facul. cap. 40. vbi vino nutritionem ex profeſſo aſcribere videtur non ex demonſtratione, ſed ſuppoſitione conceſsiſq. loquatur, dum ait. vinum quidem ex eorum numero, quæ corpus noſtrum alunt omnes fatentur. Nam ſi modò quicquid alit, cibus eſt, vinum etiam in genere ciborum eſt ponendum. & paulò infra. cum autem ſolum vinum nolunt appellare alimentum, tam & ſi ipſum nutriat, permittant nobis tractatui de alimentis breuem de vino ſermonem adiungere. Quare cum ibi nihil ex probatione loquatur, vel nulla ſua auctoritas eſt, cum ſibi, & rationi repugnet: vel eo quo diximus accipienda modò, atq. ſic ex iis vniuerſas Buccii tùm in reſpondendo, tùm probando aduerſus Mercurialem partes deficere ſatis videntur.

19 Argumentationis — Hactenus ſatis circa argumentationem Buccii aduerſus Mercurialem. nunc verò iam ingenium noſtrum hoc in dogmate exerceamus. & primò Mercurialis vim argumentationis conſideremus, tùm ſingulos propoſitionum terminos.

terminos circa quas dogmatis cardo verſatur, ſic nos do- cente Gal. diſcutiamus, inde tertiò dogmatis veritatem ad noſtra ſenſa ediſſeramus. Poſtremò verò ad argumen- ta, & alia incontrarium breuibus reſpondeamus. Porrò quo ad primum, ex quo arguebat Mercurialis ea ſolum- modo viuere, quæ nutriantur, contradictorem habet ſub- tiliſsimum Iulium Scaligerum exotericarum exercita- tionum 101. num. 18. quo in loco à nutritione ad vitam illationem fieri poſſe negat, quando in plus ſe habere nu- tritionem, quam vitam contendit, & cui aſſentiri anti- qua Philoſophorum opinio videtur, qui nutritionem nō ab anima, ſed à natura fieri magis contendebant à quibus etiam, nec purò diſcedere noſter audet Gal. primo natur. facult. cap. 1. quare nutritiuę operationes non animales, aut vitales, ſed naturales inſcribit. Verùm pro Mercu- riali, & Cardano verſus Scaligerum, & Galenum ſtare Philoſophus videtur, cum ſecundò de anima text. 13. ani- matum ab inanimato vitam ſeiungi dicebat, & vitam de intellectiuo, ſenſitiuo, & nutritiuo dici. Et de morte, & vita, quando vitam vnionis animę vegetatricis, cum calore perſeuerantiam eſſe dicebat, quibus in locis apertiſsimè teſtatur, animam de vita, & è conuerſo vitam de anima dici. & apertius ſecundò de anima text. 46. nutri mentum ad animatum per ſe referendum eſſe dicebat. Quare a nutritione ad vitam & è contra inferri poſſe, vt & contra Scaligerum infra num. dicetur. Verùm nec ſatis hæc pro Mercuriale videntur; nam quod ait ea ſolum nutriri, quę viuant, ſi per viuere intelligit quę ſen- ſitiua, vel intellectiua vtraq. ſimul, vel alterutra ſepara- tim vita viuunt, vtcunq falſa ſua propoſitio eſt; quando quidem non ſolum hęc ſed et quę vegetatiua tantum vita viuunt ſeparata ab intellectiua, & ſenſitiua nutriuntur ſe- cundò de anima text. Si verò per viuere ea intelligat, quæ vegetatiua, etiam viuunt tunc falſa ea erit propoſi- tio, qua ex ſecundò de anima text. 6. probatur organicas tm̄ partes viuere, quod anima corporis organici actus ſit quādoquidem vita vegetatiua propriè nō viuunt organi-

Mercurialis examinatio.

 cæ

cæ partes vt organicę ſunt, ſed tantum vt ſimilares: non enim oculus, vt oculus, aut manus, vt manus nutriuntur, ſed vt oculus vidit, & manus apprehendit, quatenus vero carneæ, oſſeæ, nerueæ arterioſæ, & venoſæ nutriri dicuntur, vt & ſupra num. ex Philoſopho docebamus. Quòd ſi dicat non organicas ſimpliciter, ſed vt ſolidas tantùm eas viuere velle, per quas, & ſolidas etiam ſimilares intelligat, vt ſupra in eius gratiam, nos aduerſus Buccium dicebamus: tunc nec verùm erit ſolidas, tantùm partes viuere, ſiquidem & oculorum humores quales Albugineus, vitreus, & criſtalinus, & ſanguis ſiniſtro, maximè in cordis ventriculo, & per arterias nutriuntur, quę, tamen cum viuentis corporis partes eſſentiales ſint, non tamen ſolidę ſunt. Nec enim de iis dici, quod nos de ſanguine, & cęteris humiditatibus dicebamus poteſt; Cum nec in ſiniſtro cordis ſinu, & arteriis ſanguis ad vllius partis nutritionem ſit, ſed vt caloris, & ſpirituū ſedes ſolummodo, & fons, ac ideo corporis partium principaliſsima: quod, & ſimiliter de oculorum humoribus dicendum eſt: quorum, & ſi Albugineus, & vitreus ad criſtalini nutritionem conferre dicantur, non ſimpliciter tamen vt nutrimentum, ſed vt oculi partes etiam eſſentiales ſunt; vt ſine quibus (poſito abſq. nutritione criſtalinum ſuo poſſe munere fungi, quando poſito poſsibili in eſſe, & ſi non ſequatur, nullum ſit abſurdum, primò de generat. text.) nunquàm viſio fieri poſſet: quod & de ſanguine in ſiniſtro cordis ventriculo, & eo qui in retr formi cerebri animalium ſpirituum fonte permanet, idem dicendum eſt: ergo veras eſſe non poſſe, vtcunq. eę intelligantur propoſitiones, ea tm̄ nutriri quæ viuant; & ſolidiores tantum partes viuere; ſatis conſtare videtur. Quod ſi dicat quis, & ſanguinem in ſiniſtro cordis ſinu, & arteriis, & reti formi cerebri eſſe ad nutritionem ſpirituum vitalium animaliumq. vtriq. & ego aſſentiar, ſed ſic de primogenio ſolidarum partium humido in cuius deperditionis reſtitutionem nutritio fit, ſimiliter dicendum erit, nutrimentum caloris eſſe, & ſpirituū, vt animæ inſtrumenta ſunt, er

gò,vel omnis nutritio ad caloris nutritionem fit tantum, & falſum eſt ſolidas tantum partes viuere, & nutriri,ſed magis calor, & ſpiritus ali dicentur cum prima immediataq. animæ organa ſint. vel ſi vita non de iis tantum primis immediatiſq.animæ organis,ſed etiam de mediatis,quales & ſimilares,& organicæ partes ſunt,oř, tunc cum his, & ſanguineum hunc, & humores vt animæ inſtrumenta nutriri dicendum erit. Nec verò hic nos quiſpiam de redargutione accuſet,quod ſupra aduerſus Buccium ſanguinem nutriri,& humiditates negauerimus,hic autem contrarium ſuſtineamus, ſiquidem res ſatis benè ſpeculanti apparet longiſsima ratione differre; quod monuiſſe,nec docuiſſe,tantùm ſufficiat.

20 Quo autem ad ſecundum attinet propoſitum, duæ meo videntur iudicio vniuerſę diſputationis propoſitiones,circa quas dogmatis cardo verſari cenſeo. prima an verùm ſit,ſolidas tantum partes viuere,nutririq.,ſecunda an in ſolidarum partium nutrimentum viuum verti poſſit, ergò iuxta Galeni propoſitum documentum,quid viuere,& vita ſit,& quibus principiis fiat,& ſeruetur, quid nutritio,& nutrimentū,& quotuplex,quomodouè fiant, tū quid,& vnde ſolidū fiat,& quid viuū,què eius natura ſit, prius explicādū,qb. explicitis p ſe facile veritas emerget. *Dogmatis cardo proponitur, & examinat.*

21 Vitā quamquam verius forſan doctiſsimus definiſſet Cardanus aīæ operationē eſſe,altercat illi ſubtiliſsim'Scaliger exercitatione 102.nu 5. Verū magis illū decebat,vel niſi pbabilioribꝰ rōnibus nō cōtradicere,vel nō altercari. Nā,& ſi ſuppoſitorū actiones ſint,& nō aīæ magis quā corporis,& è contra,ſed corporis animati eſſe dicant 1.de aīa Philoſ.omniū vō,maximè nutritiuę de 2.de aīa tex. nulli tñ dubiū eodem etiā fautore eſſe debet,cas animato corpori paīam in eſſe,cū aīa ipſa rōnem cauſſę,& à qua res eſt, & vnde motus,& cuius gratia habere dicat.2. de aīa text. 10.26.37. vnde haud ita ineptē aīæ operationem definiri poſſe,p̃ſertim vō ſi in corpore addat,vř.Nec verū eſt omnem è vita ſecludi opationē.nō.n.vita,ſi aīę opatio deſit. Nā cū vita aīatū ab inanimato diſtinguat 2.de anima tex. *Vita quid. Pro Cardano, contra Scaligerum. Vitam operationem eſſe animæ.*

eidem

eidem,& animato eſſe, & viuere competet: & omne animatum qua tale viuere opportebit: horum autem duorum, viuere animati paſsio eſt,& non vitę animatum eſſe: id eſt ab anima vitam. & non à vita animam prodire dicendum eſt, vnde rectè Philoſophus corporis organici animam actum eſſe dicebat, potentia vitam habentis, ſecūdò de anima text.6 & animam principium eſſe quo viuimus, nutrimur, mouemur,& intelligimus, ibid.text. & ipſemet Scaliger vitam animæ vnionem cum calore eſſe dicebat: ergo ſi vita animę vnio eſt cum calore, & calor quidem materiæ, anima verò formę rationem habeat, vt Philoſ. ſecundò de anima text.9 operationeſq. è compoſito per formam prodeunt ibid. ergò ſi vita ab anima eſt, & ſit aliquid vita, vt eſt: ſequitur animæ operationem vitam eſſe Quod ſi diceret, per operationem actum, & non habitum operandi intelligere; & vitam non iuxta operationis actum, ſed habitum, potentiamq. operandi eſſe: nec vtiq. hoc verùm erit: vt enim nutritiua citra nutritionis actum ſtare non poteſt ſecundò de anima text.15. & 16. & nutritio ad animatum per ſe refertur ibid text.46. & tertiò de anima text.21. Sic nec ſenſitiua citra actum ſenſationis. Quod ſi obiceret, quieſcente dormienteq. animale nullæ ſenſitiuę operationes actu fieri, (quàmquàm tamen viuere animal dicatur) videntur, ergò verùm non eſt, vitam operationis actum eſſe, ſed potentiam tantùm, reſpondemus verùm quidem eſſe, nullas tunc ſenſitiuæ fieri operationes exteriores, & omnibus ſenſibus communes, at fieri intrinſecas, & iuxta eos ſenſus ſaltem, iuxta quos animalis vita eſſe dicitur: tactus ſcilicet ſenſus,& motus nam cùm ſenſitiuum idem cum nutritiuo ſit, nec ſeiungi poſsint, quinimmò de ſenſitiui eſſentia nutritiuum ſit, ibid.2.de anima tex.15.31.& 32.nutritiuæ verò operatio ſemper continuoq. neceſſaria ſit, ſequitur, vt ſenſitiui etiam perpetuam operationem eſſe oporteat. Nec proinde ſequitur, vt malè ibid. Scalig. num.7. ſi ſenſitiuum eſt nutritiuum ergò è conuerſo nutritiuum erit ſenſitiuum, Philoſophus ibid. 31. & 15. quando vt à

Animā ſenſitiuā pꝑpetuo operari dormiente etiā animali.

ſpecie

ſpecie ad genus affirmatiuè,& non negatiuè;ſic à genere ad ſpeciem negatiuè,& non affirmatiuè tenet argumentatio,atqui nutritiuum generis,ſenſitiuum ſpeciei vicem tenent. Nec verò ex eo,quod ſenſitiui ratio à nutritiui ratione ſit diuerſa,(quamquam ſubiecto,& re idem ſint) huius operatione continua exiſtente,illius intermitti poſſe dicendum eſt; manifeſtò ſiquidem videmus tactus ſenſum,& motũ quibus Philoſopho teſte ſecundò de anima tex.14.& 16.animalis vita definitur perpetuò in omni animali neceſſarios actu eſſe,& ex quo ſi deſinant perire animal cogatur;& motus quidem cordis, & arteriarum eſt, ſenſus verò circundantis aeris de quo verè Gal. docebat aliorũ quidem occurſum vitare poſſumus aeris verò occurſum nequaquam. Verùm ſi repetat quis, motus hos naturales non animales dici, & aeris occurſum ad nutritionem,& nõ ſimpliciter ad ſenſationem fieri,concedam vtiq,(nihil n. ad propoſitam rem videbitur referre,) at quid per naturales intelligis niſi qui à natura prodeunt? at quid per naturam niſi principium motus, & quietis? & de quibus natura iſthęc dicitur niſi de materia, & forma, & de forma magis 2. Phyſ. tex. quę igitur in animali natura quæ forma dicitur? & à qua vt principio motus iſti fiunt? eſt ne quid ab anima diuerſum? nam ſi ſic, ergò diuerſa principia,et plures formæ in vnoquoq. animali à quibus ſuum habet eſſe,et quibus, vel tàmquàm diuerſis inuicem independentibus operationes fiunt diuerſæ? vel tàmquàm ſubordinatè dependẽtibus.primo vtiq. modo abſurdum eſt dicere & impoſsibile:ſecundò verò ſimiliter. Nam à quo animalis eſſe definietur,et primò omnes operationes prodibunt quærendum eſt; à natura ſcilicet,vt forma appellata; vel ab anima? At cum ab anima definiatur animalis eſſe, ſequitur nõ aliud in animali et viuente eſſe naturam, vt formam,vnde operationes habet ſuas,et eſſe,quàm eiuſdem animam,quod,et læpidiſſimus Io. Coſta olim inter præceptores noſtros colendiſſimus ſuo de natura ſtirpium vniuerſali lib.1.cap. doctiſsimè diſſeruit,et Philoſophus primò de part.animal.

cap.1.

cap.1.quod ſi per naturam vnde naturales motus dicuntur,nutritiuam animam intelligi debere dicas, redargueris profectò , quandò in ſimplici nutritiuo , haudquàquàm ſimiles hos motus,quales cordis,& arteriarũ ſunt, fieri videmus . ergò non alterius, quàm animę ſenſitiuæ hos eſſe arbitrari oportet. quarè , nec ſine operatione, eſſe poteſt, quod profectò de ſui natura conſequenter fieri debet; vel.n. quid ſeparabile ſenſitiuam facere oporteret,quod omni Philoſopho,(necdum xp̃no) præterquàm pythagoræ negatur , vel neceſſarias operationes habere oportet,ſi à naturæ principiis,animalis vitam prodire,dicendum ſit,naturæq. ex neceſsitate operari cõtingat.Et qui veſanus adeò diceret animam ocio poſſe vacare? Nec obſtrepat quis,cur ergò non omnes operationes ſemper prodeũt,vt motus progreſſus,viſus,auditus,& comeſtionis,reſpondeo.n.quod eæ non ſunt de prima neceſsitate ad eſſe animalis, ſed ad conſeruationem , vnde quandiù abſq. his animalis vita eſſe poteſt,non fiunt. ſed hoc ſcitiſsimè Gal. ſecundò de motu muſculorum cap.4. concludere videbatur,quando ait , temeraria igitur ſententia eſt, quę aſſerit animam dormientium quieſcere , niſi ceſſationem hanc non perfectam quietem , ſed quaſi intermiſsionem quandam vigoris dicant. non.n. ſenſus expertes pęnitus ſunt , ſed difficulter ſentientes et non omnes ſenſus neceſſarios animali eſſe, ſed tactus tantum & motum Philoſ. de anima tex. docebat, quare ergò verum eſt, vitam non aliud quàm animę operationem eſſe in corpore animati , pro Cardano cõtra Scaligerum.

22 *Quid Scaliger de vita.* At qui ſi non rectè vitam animæ operationem eſſe Scaligero placet,quid ergò illi vita erit ? vnionem dicit ipſe animæ cum calore, at hæc non vitę , ſed ortus deffinitio eſt,vel Philoſopho teſte de morte,& vita.quatenus.n.anima calori unitur,vita oriri dicitur tantum, ſat ſi ſimul,& ſemel ex quo vniuntur ſepararentur, nulla foret vita erit autem vita, quandiù ea perſeuerabit vnio , quarè verius *Quid Philoſ. contra Scalig.* Philoſophus ibid permanentiam vnionis animæ cum calore uitam eſſe deffiniebat , ex qua etiam confirmatum

venit,

venit operationem è vita ſecludi non poſſe, cum caloris ſemper agere ſit, nec vnquam ab actione deſiſtere poſsit ſecundo de anima tex. 40. & hinc ſi de natura ſua homini ocium competere debeat, & poſsit colligat. quando de vitę eſſentia operationem eſſe conſtat. Ex his itaquè, quod vita ſit ſatis. At quanam vnionis perſeuerantia vita fiat nundum patet, quod dicendum ſequitur. Vita ergò cum permanentia animæ in calore eſſe dicatur: ſitquè calor animę ſaltem inſtrumentum, & conſeruatio Philoſopho ſecundo de anima tex. 40 & 50. & ſecundo de part. animal. cap. 7. vnde, & quaſi ignita anima dicitur, de iuuen. & ſenect. cap. 2. in finem, & de reſpirat. cap. 4. ſequitur, vt tandiù iſthæc vnio perſeuerare poſsit, quandiù, & proprius calor in corpore perſeuerabit. ibidem Philoſophus de Iuuen. cap. 3. quarè, & viuentia cuncta calida eſſe, intereuntia verò frigida fieri videmus ibidem Philoſophus cap. 2. & ſecundo de anima text. 50. qua innimmò rõne Hypp. & antiquorum plurimis non aliud anima quàm ignis, ſeu calidum eſſe videbatur, Philoſophus ſecundò de anima text. 40. & 2. de part. animal. cap. 7. Gal. com. text. 5. in 6. vulg. morb. com. 5. & ipſe idem Hypp. primò de diæta & lib. de carnibus ad initium. quam ſententiam (ſi per ignem non formalem, ſed participatum; & à prædominio tantum iuxta Hypp ſenſum de quo inferius intelligatur:) haud ita deliramentum eſſe, ac Iul. Scalig. ſuarum exotericarum exercit. ſubtil. 101. num. 8. imponit, ſed eam ipſam veritatem alia nacta meliori opportunitate melius forſan docebimus. quàmquàm Scaligerum Galeni magis quas vocat trepidationes, de quibus eo quem de natur. facul. ſubſtantia, & eo quod animi mores corporis temperamentum ſequantur: & 9. de placit. Hypp. & Plat. cap. 8. & 9. alicunde ſtabiliſſe, (cum omnem ſe virum profiteatur:) quàm contendendi occaſionem reliquiſſe magis optarem. & à qua tamen diſputatione intellectũ, & mentem quam rationalem aĩam appellamus

Notat. moraledocumentũ.

Vita quomodo fiat.

De aĩa vegetali, & ſẽſibili, ꝑ Hypp. contra Ariſto. & Scalig.

excipiendum volo, vt qui deforis accidens, vt immortalis ſecundò de generat. animal. cap. 3. ſeparabilis à corpore ſit, 1. de aīa tex. 65. 66. & 2. de aīa tex. 21. & 3. de aīa tex. 6. 19. & 20. tàmquàm qd à cōi qua animantur corpora, & viuunt animalia, anima diuerſum apud verò Philoſophos, & peripateticos exiſtat: primo de aīa tex. 15. & 2. de generat. animal. cap. 3. primo de part. animal. cap. 1. & diſertiſsimè Zimara ſummo peripateticorum interprete a docente tabula ſua in Ariſt. dict. anima animal non eſt ſimilium partium, & dict. anima, quid melius &c. Comprobante conſumatiſsimo viro, & Philoſopho Franciſco Vicomercato ſua de anima rationali peripatetica diſputatione, & Plato in Timeo. de qua porrò mēte, nec Hypp. intellexiſſe video, cum eo in loco, de formatrice, nutrice & auctrice tantùm ſermo illi fiat; quarum operationes, nec Philoſophorum vllus, nec fidei noſtrę veritas, ab intellectu, & mente fieri profitetur, cum formato prius viuentiq. iam corpore, & vegetatali, & ſenſili anima, deforis mentem accedere, ſiue intellectum; & eandem poſt vitę diſſolutionem ſeparari permanereq. vterquàm, & fidei veritas, & Philoſophus locis citatis doceant. & 12. Methaphiſ. tex. 17. & lib. 10. Hycomachiorum moralium cap. 7. & 8. Et quippè quod ſi illam formatricem, dico ſenſitricem, & generatricem præter ignem, vel ignis temperiem, quàm propterea calidum innatum appellant facere velimus: ſeparabilem, etiam formam, & quid extra elementorum facultates brutorum animam ſtatuere oportebit; quod omnibus, quid abſurdum præterquàm Pythagoræ putatum fuiſſe legitur, & quod licet Philoſophus affirmaſſe, vel ambiguum reliquiſſe videatur primo de anima tex. 65. quando huius operationes organi lęſione ipſa verò illæſa permanente perire, aſſerit: tex. tamen 21. & 26. lib. 2. eiuſd. vt corporis naturalis formam ab ipſo ſeparari citra ſui corruptionem non poſſe fatetur, vt & ex tertiò cœli com. tex primi Zimara tabula ſuo verbo anima aliquid melius, dico autem nō operatione ſolùm, ſed re ipſa. Nam in interitu animalis bruti in deſinentiam

Demōſtratio, & Hypp. poſitione.

cedere

cedere animam, vt accidentia, quod doctiſsimus Sacer vir quidam aſſerebat, ridiculum videtur, cum hoc modò, vel accidens quoddam eſſe oporteret, vel ſi quid ſubſtantiæ eſt, & in nihil deſineret annihilatio ſequeretur: res alioqui naturalibus non minus quàm creatio repugnans, necdum difficiles. Quare ergò, vel ſubſtere, vel alia priora principia diſſolui verè oporteret: ſi primò modò abſurdum ſtare videtur, ſi ſecũdò quæro quæ alia poni principia poſſent, quàm omnibus aliis rebus naturalibus communia: quæ calidum, frigidum, humidum, & ſiccum eſſe omnibus in confeſſo ſunt, & quattuor elementa appellantur: Quorum cùm calidum, tantum formæ rationem habeat reliqua verò materia ſecundò de generatione, & corrup. tex. 50. & 4. Metheor. ſitq. talis anima forma naturalis, ſequitur non aliud quid verè talem animam eſſe poſſe, quàm calidum in quod etiã ad interitum ſoluitur, prout, & ex eo oriebatur, doctiſsimè diſerente Hyp. lib. de natura humana, & pluries vbiq. locorum. Nec verò, quàm Philoſophus aduerſus hæc ſecundò de anima tex. 40. & ſecundò de part. animal. cap. 7. rationem affert in contuarium ſufficiens eſt. cum ea quidem de ſimpliciter abſolutæq. calido, & formale igni, qui præ aliis elemen. maximè forma eſt, vt tex: 50. ſupra citato verùm concludere poſsit, vt appoſito combuſtibili in infinitum ſemper creſcere debeat; at non de igni, & calido participato, vt quod in temperiæ quadam conſiſtat, quàm ſi ſuo egrediatur exceſſu, diſſolui iam id oporteat, quod ab eo ſuum eſſe habebat. & de quo Hypp. intellexiſſe apertius legenti ſit, quàm vt oſtendi. debeat. per hæc quæ primò de diæta lib. habet num. 4. ibi conſtituuntur igitur omnia, tùm animantia tùm homo ipſe ex duobus differentibus quidem facultate, concordibus verò, & commodis vſu, igne inquã, & aqua, & paucis interiectis ignis oĩa per omnia mouere poteſt aqua, verò nutrire, & nu. 5. cum autem hęc ſic habeant multas, & omni genas formas, ac ſpecies cum ſeminum, tùm animalium inter ſe ſecernunt quę nihil inter ſe ſimile habent, neq. viſu, neq. facultate,

 & nu.

& num.11.in ſumma.ignis omnia,quæ in corpore ſunt ſecundũ ſuum ipſius modũ exornauit ad vniuerſi immitationem parua ad magna,& magna ad parua. Cæterum aĩæ hominis quemadmodũ ẽt antea à me dictum eſt: ignis,& aquæ temperamentũ habens,partes aũt hominis irrepit in omne animal quod ſanè ſpirat. Et qualem animantiũ (quid plura:) calorem eſſe,ſiue vt animã, ſiue vt animæ, inſtrumentũ ipſe ẽt Philoſ.2.de generat.animal,cap.3.his conſentit verbis.Ineſt.n.in ſemine omniũ qđ facit,vt fęcũda ſint ſemina, videlicet quod calor vocatur, idquè non ignis,non talis facultas aliqua eſt,ſed ſpiritus,qui in ſemine ſpumoſoq. corpore continetur. Vbi videre eſt, calorem hunc,nõ ignem ſimpliciter,ſed ſpiritum in ſpumoſo ſemine vocari.quod Hypp.ignis,& aquę temperamentum dixit,vnde,& in lib. de natura humana Hypp. & lib. de long.& breuitate vitæ: & de vita, & morte Philoſ. ex huius tẽperamenti diſſolutione morbos,& mortem cauſſari vterquè verè dicunt, hoc idem interpretante Gal. lib.de placit.Hypp.& Plat.Quinnimo,& nõ minus contra ſeipſum,quàm contra Hypp. ſua iſthæc Philoſophi ratio militare deberet: qñ ſi eũ calorem ignem intelligat, ſiue vt aĩę ĩſtrumentũ,ſiue vt aĩam,appoſito cõbuſtibili ſemp in infinitũ creſcere debeat,Siuẽ ꝑcalorem temperiem tm̃ intelligat,tunc nec magis Hypp.quàm ſuã impugnare ſententiã apta eſt. At in infinitũ participatũ,&ex temperie calidũ(qualem animantib., ſiue ꝑ anima, ſiue ꝑ aĩæ inſtrumento eſſe oſtendimus:) quantocunq. appoſito pabulo creſcere,nec perdurare poſſe:ſupra iã ex ipſo met Philoſ. lib.de morte,& vita,& long.& breuit.vitę diximus.

23 De caloris innati ſubſtãtia aduerſus Io. Fernelium.

Nec verò nos torquent,quæ de huius caloris ſubſtãtia Sũmus vir Io. Argenterius p̃ceptor noſter ſuo de ſomno & vigilia; & Io. Fernelius à cap.1. ad 6. lib.4. ſuæ Phyſiologiæ, & pręceptor alter noſter Iacob. Martinus Scotus ſua de ſimpl. generat contra Ariſt. quæſtione cap.13. an cęleſtis ſcilicet ſit,vel elementaris digladiantur. id porrò nunc dixerim tantum,Cœleſtem formalem nullum calorem eſſe: omnem verò in inferioribus calorem à ſuperioribus

ribus motu, & lumine cauſſari, non communicari, Hypp. lib. de carnibus num. 1. 2. & Philoſophus 2. de Cœlo text. 52. & primo Metheo. cap. 3. nec innatum animalium calorem ab elementari niſi ſpecie differre, non autem genere. i. differunt quidem forma, ſed non materia. cum aliòqui actio, & paſsio inter hos duos non caderet, niſi genere, & ſubſtantia, ut materia communicarent, ſecundo de generat. & corrup. cap. 7. cum tamen inuicem patiantur, & agant 4. Methcor. cap. 1. Philoſophus. Sicut, & calor brutorum innatus ab innato hominis calore ſpecie tantum differre dicitur, & ambos hos tamen non formaliter communicari, ſed cauſari motu, & lumine ſuperiorum. vt Hypp. & Philoſophus locis ſupra citatis, & ſecundo Phyſ. cap. vltimo, vnde ſol, & homo hominem, & ſol, & bos bouem generare dicuntur. Porrò quod ſecundo de generat. animal. cap. 3. calorem innatum ab elementari differre dicebat Philoſophus, & proportione reſpondere elemento ſtellarum: intelligendum venit, ſpecie differre ab elementari ſicut homo ab animali, & animal à planta, & de actiuo, & paſsiuo ſecundo de generat. & corrup. cap. 7. & de nutrimento, & nutriendo ſecundo de anima tex. 43. Philoſophus docebat. Et in vniuerſum dicimus nos, non ſecus, ac frigid. ſiccū, & humidum mixtorū, ab humido, ſicco, & frigido elementari differre dicentur. Hypp. loco ſupra de dięta citato nu. 4. Et reſpōdere elemento ſtellarū, quoad cauſſalitatē, ꝑlificatiuā nō quoad ſubſtantiā, & formalitatem caloris: cū nullus aliòqui formalis in cœleſtib. calor ſit, vel ipſomet Philoſ. teſte, vt ſupra docuimus. Nec prętereundem putamus, per calorem non accidens, ſed calidā ſubam (calidū appellat:) toto ꝓpoſito hoc intelligendū eſſe: qđ vbi in sūmo ſimpliciterq. tale dr̄, nō aliud quā ignis eſt intelligendū. Iuxta Hypp. ſenſa, lib de natura humana, & Philoſ. ſuæ naťis philoſ. vbiq. locorū. Qđ ne in Athnei dubitationē incideres de qua. Gal. animaduertendum duximus. Sed non mirare hac in re ambiguā Fernelii æquiuocamuè doctrinam potui, qui cū cap. 1. lib. 4. calorem animalem Cœleſtem eſſe aſſeruiſſet à quo omnes

operationes

operationes prodeant, non autem elementarem, vel tem-
perie, inde cap. 7. naturā cauſſam formalem, & operatio-
num efficientem eſſe dixit, & quàm naturam nihil aliud-
què quàm proprium temperamentum eſſe ad medium
capitis deffiniuit. Hunc ergò ſi à natura operationes om-
nes; nihilq. aliud natura quàm temperamentum; omne-
què temperamentum ex 4. elementorum mixtione fit;
à quo nam calore alio quàm elementari operationes fie-
ri dici poſſunt, aut differre animalium calor ab elemen-
tari? niſi quo nos ſupra diximus modo poteſt? Nam di-
uinum calorem alterum in animali ſtatuere cui opera-
tiones ſimiliter aſſerēbantur omnes, duo prima opera-
tionum principia ſtatuere eſſet quod abſurdum fore ſu-
24 pra etiam num. docuimus. Sed de calore ex quo vita
ſit ſatis digreſsimus. Calor autem ſiue anima, ſiue aīę in-
ſtrumentum ſit tantum vt ignis ſpecies non autem vt ac-
cidens agere ſemper ſit natus ſecundò de generat. & cor-
rup. tex. 8. 4. Metheo. cap. 1. & nutriri debeat ſecundo de
generat. & corrup. tex. 50. & de long. & breuit. vitę cap 2.
& Gal. primo tuendæ ſanit. cap. 2. tandiù conſeruari po-
terit quàndiù in quod agat & quo nutriatur habebit: a-
gere verò non poteſt niſi in materiam, & nutriri niſi ex
materia pati apta, & nutrire. materia verò circa quam
inferior. actiones, & paſsiones fiunt humidum eſt, & ſic-
cum ibid. ſecundo de generat. & corrup. cap. 2. & 4. Me-
theo. tex. 28. & 53. Verùm cùm ſicco, et igni ſimilitudo
interſit actio, et nutritio circa ipſum fieri non poterunt
quoniam hæc inter diſsimilia, et non ſimilia fiant ſecun-
dò de generatione, et corrup. cap. 7. et 2. de anima tex. 43.
et ſequentibus, et Hypp. lib. de natura humana. relinqui-
tur ergò, vt humidum ſolum pati, et nutrire aptum ſit,
atq. caloris conſeruationi omnimodè neceſſarium. Qua-
re et 2. de anima tex. 43. humidum. i. aquā igni nutrimen-
tum eſſe dicebat, et Hypp. primo de dięta num. 4. aqua p̄
omnia nutrit. Sed cum humidum ſui termino conti-
neri non poſsit, ſed egeat alieno, ſecundo de generatione
et corrup. cap. 2. et 4. Metheo. cap. 4. fit vt pro ſuæ conti-

Quib' vita fiat & ſeruetur.

nentiæ

ſentię termino ſiccum ſimul haberi oporteat. Quarè ſapientiſsimè Hypp. vniuerſum animantis corpus in continentes contentas, et impetum facientes, partes diuidebat. per continentes ſiccum, per contentas humidum, per impetum facientes ſpiritus intendens ex quo colligere eſt, duorum gratia ſiccum; et ſolidum in animali eſſe, et vt terminus ad humidi cōtinentiam, quod caloris pabulum neceſſarium eſt. nec ex ſe ſe contineri aliòqui poteſt. vt ex Hypp. loco dicto, et ad partium corporis variam conſtitutionem ſuſtinendam, quales ad multiformes motus, et operationes, tùm animali vniuerſo, tùm diuerſis partibus per opportunas neceſſaria erat ſecundo de part. animal. cap. 1. Philoſophus, et primo ſanit. tuen. Gal. cap. 2. In calido ergò, et humido vitæ eſſentiam poſitam eſſe conſtari; et Gal. 1. ſanit. tuen. cap. 1. et 2. et com. aphor. 14. et 15. lib. primi Philoſophus de longitud. et breuit. vitæ cap. 2. et Hypp. lib. de dięta num. 4. in ſicco verò, et ſolido tamquàm in loco, et continente. atq; de vita hæc ſufficiant. Vitę eſſentia concluditur.

25 Nunc de nutritione, et nutrimento pauca hinc ſumpto exordio dicamus, cum calor, vel anima, vel animæ inſtrumentum dicatur, ſitq; maximè actiuus, vt ſupra diximus. agentis autem ſit paſſum in ſe conuertere, hinc ſoquitur, pro caloris nutritione actioneuè manutenenda humidi ſuppoſitionem continuo neceſſariam eſſe, ſi diù ſeruari calor debet, id autem nō ſecus, quàm ſui ſimilis inuicem eius quod à calore abſumitur generatione fieri rectè poteſt Gal. 16. de vſu part. cap. 14. et primò ſanit. tuen. cap. 2. et 3. vnde, et anima principium generandi eius in quo eſt eſſe definiebatur Philoſophus 2. de anima. Nutritionem verò contendebat aduerſus Viuem ſubtiliſsimus Scaliger exercit. 101. nu. 17 non eſſe conuerſionem nutrimenti in corpus animatum, ſed potius naturalis alimenti traſmutati vnionem: at hoc præter (bona pace) rationem: quoniam in nutritione, nō vniri ſolum tranſmutatū alimentum oporteat, ſed quod et in naturam corporis nutriendi conuertatur, illiq; aſsimiletur, vt doctiſsimè Gal. 1. natural. facul. cap. 11. quarè Scaliger. non ſufficiet nutritionem De nutritione. Pro Viue contra Scalig.

tionem dixiſſe vnionem alimenti tranſmutati ſimpliciter ſine additione, ſed tranſmutati in naturam corporis nutriti adicere oportebit: ſeu melius non vnionem tranſmutati, ſed tranſmutationem vniti alimenti in naturam nutriti, vt Gal. loco citato, atq. ſic rectius Viuem explicaſſe apparet, quando conuerſionem eſſe dixit in corpus animatum. Siquidem conuerti non poteſt niſi vniatur ſimulq. aſsimiletur. & conuerſio non vnionem tranſmutati, ſed aſsimulationem uniti magis cum Gal. & rei veritate explicat. Vndè benè Philoſophus definitionum genus per cauſſam finalem in locum eius quę per omne cauſarum genus datur, perfectius naturam rei explicare docebat ſecundo de demonſt. cum hæc ſola cauſarum cunctas ad ſe alias cauſſas de neceſsitate trahat, & non è conuerſo.

De nutrimento. Nutritioni correlatiuum, quaſi eſt nutrimētum, eſt.n. nutritio per nutrimentum nutritio, & nutrimentum per nutritionem nutrimentum, atq. tripliciter dicitur, eſt.n. Hypp. de alimen. lib. teſte, quod, & ſupra innuimus num. 7. & 9. aliquod quod actu nutrit. ſicut humiditas in flāma ignis. Philoſophus etiam lib. de long. & breuit. vitæ cap. 1. & 2. Vel quod proximū eſt nutrire ſicut Oleum lychno imbibitum: vel quod aptum eſt nutrimentum fieri, vt oleum in corpore lucernæ. hinc nutrimentum dicitur qđ in naturam corporis nutriti vertitur, aut verti aptum eſt. dixi vertitur pro nutrimento quod actu nutrit. dixi verò aptum verti pro nutrimento quòd eſt in via, vel quod nutrimentum fieri aptū eſt: id autem eſt actu nutriens quo nunquàm carere viuens poteſt, & id eſt humiditas, quam radicalem, & primigeniam appellari ſupra diximus. cuius vniuerſam abſumptionem expectare animal non poteſt. Gal. 10. Method. alię verò nutrimenti ſpecies ſunt quę huius primigeneæ humiditatis deperditionem ſua ſuppoſitione, vel ſeruant, vel reſtituunt, Gal. 16. de vſu part. cap. 14. & primò nat. facul. cap. 11. ex quibus hęc colligenda ſunt. Quòd ſi nutrimentum debet verti in naturam nutriti, eiuſdem naturę eſſe, cum nutrito debet, ex parte ſcilicet

materię,

materiæ: quando actio, & paſsio non cadũt niſi in communicantibus in materia, ſecundo de generat. & corrup. Philoſophus cap 7. & ibid. tex. 50. ex eiſdem debere nos nutriri ex quibus conſtamus aſſerebat. Verùm nō æquè ſimilia corpori nutriendo eſſe debent ſecundum formā ſemper, ſed id ſolummodo quod actu nutrit in totum ſimile eſſet debet. id verò quod fieri nutrimentum debet, non actu ſimile, ſed diſsimile, potentia verò ſimile fieri, eſſe debet vnde & Philoſophus 2. de degenerat. & corrup. tex. 50. nutrimentum materiæ, nutritio m̃æ, & formæ rationem habent, & ſecundo de anima tex. 45. de Hypp. doctrina docebat: diſsimile quidem in principio, ſimile verò in fine alimentum eſſe oportere: quod de omni actiuo, & paſsiuo dixerat de generat. & corr. ſup. citato.

Nunc de ſolidis partibus pauca expediamus. Solida pars quid, & quæ ſupra diximus nu. 6. nunc quomodo fiat. quæ eius natura, & quotuplex ſit proſequamur. Sciendum ergò eſt ſublunaria omnia hæc corpora, ſicut & homo ex 4. conſtare elemen. quæ ſunt calid. frigidum, humidum, & ſiccum, Hypp. toto de natura humana libro. Plato in Timeo, & Philoſ. ſecundo de cœlo tex. 18. & 2. de generat. & corrup. tex. 8. 16. & 49. & Metheo. 4. tex. 54. atq. prout diuerſa proportione conueniunt hæc quatuor, ſic etiam, & corpora diuerſa inter ſe proportione generari. Alia. n. prout ignis maiorem portionem habent, calida, & ſicca ſunt. alia pro ut terræ magis, frigida & ſicca; & ſic de aliis. Quoniā verò inter quatuor has elementorū facultates, duę ſunt actiuæ, calor, & frigus, & duæ paſsiuę, humidum, & ſiccum, ſecundo de generat. & corr. cap. 2. & 4. Metheo. cap. 4 & tex. 53. fit vt pro harum qualitatum prędominio aliæ reſultent in mixto qualitates quæ ſecundæ dicuntur, qđ ſcilicet ab illis quatuor primis fiāt, Philoſophus ibid. & tales ſunt, vt durities, ſeu ſoliditas à ſicco. mollities, & fluxibilitas ab humido. ſoliditas ergò ſecunda qualitas eſt in mixto, à prædominio cuincēteq; è ſicco emergens, ex qua res tactui non cedit, ſed edomat. Philoſ. 2. de generat. & corrup. cap. 2. & 4. Metheo. tex. 29. vnde, & Philoſophus

26 Solidū qd quotuplex & quomodo fiat.

partes ſolidas ſiccas vocabat, ſecundo de part. animal. cap.2.& primo de hiſt.animal.cap.1.;ſed cum penes plures gradus vnaquæquè prima elemen. qualitatum in cõpoſitione mixti concurrere poſsit,inde fit, vt plures etiã ſecundarum qualitatum gradus emergant. atq. iſta graduum latitudo duplici termino definitur,uel abſolutè ſcilicet,vel reſpectiuè 4. Metheo.cap.4.abſolutè tale,vt ſolidum, & molle dicuntur, quando nullam prorſus mollitiem ſi ſolidum ſit. vel nullam duritiem ſi molle ſit, habent. reſpectiuè autem tale dicitur quod medium inter hęc reperitur. ac ad alterum ipſorum comparatione facta,contrarii rationem habet.vt caro,neruus,vena,& cutis reſpectu oſsis, & marmoris molles, ſanguinis verò,& pinguedinis comparatione,ſolidæ dicuntur. nominantur porrò frequenter ſecundę qualitates primarum nomine,vt durum, ſolidumq. ſiccum,molle autem, & liquidũ, humidum, ea ratione,quod ab ipſis prædominantibus talia fiant. Et hinc colligere licet, quod cum nullum corpus mixtum omnimodè abſq.humiditate aliqua,& ſiccitate eſſe poſsit,vt & ſupra num.14.ex Philoſopho probabatur. omne tale ſolidum, durum, molle, vel humidum dici poterit. non ab ea ſolum quam ad eſſe corporis habet ſiccitatem,& humiditatem; ſed ab ea quam humidi, vel ſicci maiorem tenet proportionem; ac inter talia plurimum de vtroq.in ſe ſe continere,quę reſpectiuè dicunt.

27 De vini eſſen-- tia, & natura.

Nunc reliquum eſt de vino tandem agamus. quod de pluribus cum dicatur,de eo res intelligi debet, qui ſuccus liquorùe maturarum vuarum eſt, ſua aptè decoctione depuratus. ex eo ergò quod fructuum ſuccus eſt,corpus eſſe conſtat mixtum. ex eo verò,quod liquor,ſuccuſuè natura humidum à prędominio eſſe. vt etiam ex Philoſopho ab initio num.4. probabatur. quarè non mirari potui Summi viri Hieronymi Fracaſtorei ſententiam,qua vinum,ſiue vt medicamentum,ſiue vt alimentum ſiccum eſſe decernebat.ſi.n.ſui natura, et ſubſtãtia humidum eſt, vt ex locis Philoſophi ibi citatis,et tex.52.4. Metheo. et Gal.com.3.reg. acut. tex. 16. quas infra num. deſcriptas

Pro Valle-- riola, et Cõi Medi--

leges.

leges. quinnimmo, & hoc ipſo aſſerente Fracaſt. ibid. cap. 5. & 10. qui fieri poteſt, vt vel etiam relatione ad corpus noſtrum verè ſiccum dici poſsit? maximè verò vt alimentum? ſecuſ autem, vt medicamentum quoddam. Neq. .n. vt contendit (quod vtiq. & miror:) præter rationem ea eſt vini, vt & aliorum facultatum diuiſio in medicamentoſas, & alimentales: quam communis probatiſſiorum medicorum ſchola ſemper docuit. vel Gal. etiam authore lib. ſanitatis tuendæ quando pueris ideo noxium quia humectet, ſenibus verò è contrà valde proficuum probabat. At de ſimp. facul. inter medicamenta calefacientia, & exiccantia recenſebatur. & pari facundia cum doctrina præceptor noſter Franciſcus Valleriola ſuorum communium locorum medicinalium lib. 2. cap. 7. digeſsit; ſed veriſsima. Quandoquidem, cum in eo alimenti, & medicamenti natura diſcrepat: quod illud à natura in totum euincatur; hoc uerò è contra hanc euincit. primo de facul. ſimpl. med. Gal. cap. 1. manifeſtum fit, alimentum ſui materia, vt & Philoſophus 2. de generat. & corrup. tex. 50. medicamentum autem ſua forma, & qualitate talia eſſe, & operari. vnde fiat, vt cum vini materia humiditas ſit, vel ipſo teſte vt ſupra diximus: non niſi nutritoria ſui etiam facultate, quam à materia habet, humidum ſit dicendum, ſi vt alimentum accipiatur. E contra verò, quia in actiuis calidum eſt, 4. Metheor. cap. 10. quod & concedit Fracaſtorius, caliditatem verò ſiccitas ſubſequatur: quin medicamentoſa facultate, quàm ab actiuis habet, ſiccum dici debeat. Non. n. inconuenit diuerſa operandi ratione, agendiuè modo diuerſas prodire facultates. Quoniam verò etſi à prędominio humidum ſit, non expers tamen qualitatũ eſt terræ: Philoſophus 4. Metheo tex. 40. & Gal. tex. ſupra citato 19. inde fit, vt pro diuerſo ſuarum qualitatum gradu, & proportione, diuerſæ etiam vini ſpecies, ſeu facultates oriantur: Philoſophus, & Gal. ibid. & tex. 53. & alia plus minuſuè calefaciant, exiccent, refrigerẽt, humectẽtq. de quibus quoad medicamentoſas Hypp. & Gal. 3. reg. acut. & Gal. 12. Method. med. quo verò ad alimen-

corum Schola aduerſus Fracaſtoreum.

roſas Gal. 3. de alimen.facul.cap.40.& com,aphor.17.lib. 2. & lib.de cibis boni,maliuè ſucci cap. 11. & 5. de ſanit. tuendæ,vel etiam ſic refferente Gal. ibid.3.alimen.facul. cap.40.ſed hęc de uino,dixiſſe ſufficiat.

28 His ſic præmiſsis,& examinatis, tres has deduco conclusiones, Primam, non tantum vinum ſuæ ſubſtantię in nutriti ſubſtantiam conuerſione,vel ſua etiam humiditate nutrire; ita vt in nutrito eſſe remaneat: ſed etiam aquam hoc modo nutrire.Secundam non ſolum hæc,vinum inquam,& aquam: eo quod diximus modo nutrire,ſed & neceſſariiſsima eſſe ad nutritionem,ita vt in nutrito remanere debeant: non ſecus, ac cibi ſoliditas, & craſsities.Tertiam inter liquores,& humiditates nutritioni,aliorumq.ciborum concoctioni neceſſarios,vel aptos, cunctis vinum prçcellere, non ſolum ſua, quam prçſtet nutritionis facultatem, ſed qua aliorum etiam alimentorum concoctionem adiuuat, perfectioremq. nutritionem reddit. Prima,& ſecunda concluſio ex eo probatiſſimę ſunt,quoniam alimenta,ſeu nutrimenta eiuſdem naturę cũ eo qđ nutriri debet,eſſe oportet, at corpora nr̃a quæ nutriri debent,ſunt de natura quattuor elementorũ, licet partinm quædam de vnius natura, quam alterius magis ſint: ergò & nutrimenta de quattuor elementorũ natura eſſe oportebit.vel è conuerſo dic,corpora quæ nutriuntur ex conſimilibus ſuę naturæ alimentis debent nutriri: at corpora noſtra quæ nutriuntur, ſunt de natura 4. & ſubſtantia quornm elementorum,ergò,& de quatuor elementorum natura,& ſubſtantia alimenta eſſe debent, Propoſitiones ambę omnibus,ita conceſſæ ſunt, vt poſitiones uerius,& axiomata dici debeant: niſi forſan, quis in ſubtiliſsimum doctiſsimi olim præceptoris benemerentiſsimi noſtri Iacobi Martini Scoti,ſua de ſemplici,& prima.rerum generatione aduerſus Ariſtot. paradoxma inciderit,vbi à cap.10.ad 12.vniuerſam nr̃am, & rerũ naturalium ex 4. elementis naturam negando peruertit.

Authoris probatio deaquę & vini nutritione.

29 Quàmquam quod plurimùm inter ſe differant prima, & ſimplex rerum generatio animaduertere debebat, à

quibus

quibus tamen viciſsim cuncta ſua deducit argumenta.nō. n.vmquā primam docuit Philoſophus rerum generationem nec admiſsit,ſed ſpecies omnes vniuerſo coæternas (quod ipſemet agnoſcit præceptor) ſtatuit. At benè ſimplicem rerum generationem, quę circa ſubſtantiarum ortum. & interitum verſatur edocuit. quis enim negabit rerum indiuidua ſubſtantias eſſe, & hæc in dies oriri interireq. ? Atqui ſi quæras quòmodò principium ſpecie & primum indiuiduum, vt primus homo cœperint eſſe. reſpondet vtiq. Philoſophus nuſquàm ſic incępiſſe, ſed ab æterno ſic eſſe & fuiſſe. fidei verò noſtrę veritas ſingulas ſpecies productas fuiſſe ex creatis prius elementis docet, 1.genes.qđ & Hypp.lib.de carnib'nu.2.docere vr.quemadmodum, & Ariſt. vtiquè (ſi incœpiſſe agnouiſſet), acciperet. at in eo tantum diſcrepat cum veritate noſtra, quòd primā hanc productionem, & generationem non agnoſcit in vniuerſo. nos verò per creationem principiorum incœpiſſe, veram credimus. cœterùm veritati conſentit Philoſophus.Non ergò a prima quæ tempore ſit generatione, ad ſimplicem concludere poſſunt argumenta,qualia pręceptor deducit.vt inſpicienti apparet,dum inſcribit.De prima ſimplicium,& concretorum corporum generatione.& cap.3.cum habet primū igitur apertiſsimis Ariſt. teſtimoniis conuincam nullam eſſe generationem ſimplicem, qualem ille primam fingit.Nec generationem aliquando incœpiſſe, aut ſi principium habuerit,fieri non poſſe, vt eo modo incęperit. Vnde videre licet quòmodò primam cum ſimplici generatione confundat, præter,& contra Ariſt. mentem. Quarè neceſſe eſt totam diſputationem euaneſcere, ſi nec ipſe probabiliorem modum ſciat propoſuiſſe. Pro Ariſt. aduerſus Iacob. Martinū Scotum.

Nequè verò ſequitur argumentum ſuum, ſi nunquàm cœperunt prima indiuidua ſpecierum:ergò non alia ſunt rerum principia quam ſemina. quia dicimus, quod ſunt principia indiuiduorum proxima. & principia proxima ſpecierum. illorū ſunt ſemina,harū verò ſunt alia: immediata ſcilicet,& ꝓxima quattuor elemēta,mediata

autem

autem materia,& forma,quę vtiq.& indiuiduorum prin cipia ſimiliter ſunt,ſed remotiora . Nam quod nec ſemina prima principia ſint,vt cap.15. ponere videtur: ex eo manifeſtò apparet,quia generantur,& corrumpuntur,& hetherogeneas in ſe habent partes.Ergò in alia principia reſoluuntur . in quæ ergò ? at dices forſan,in principia, aut partes ſui indiuidui?quod ergò erit principium?ſemen indiuidui,an indiuiduum ſeminis ? & quodcunq.ſtatueris eadem patieris incommoda,cum generari, & corrumpi vtrunq. parimodo videatur . Ergò vel priora alia principia nanciſci oportet, vel in quæſtionem de prioritate oui,& galinę incidendum eſt. At ſi quę priora alia principia ponenda ſunt, ea euidentiora, probabilioraq. quàm calidum,frigidum,humidum & ſiccum , (principia omnium Philoſoph. Hypp.lib.de natura hum.Plat.in Timeo Ariſtot.3.& 4. de cœlo. 2.de generat. & corrup. & 4. Metheo. probatiſsima.) ſunt proponenda . Neque. n. id ſufficit,vnum primum principium dixiſſe inuiſibilem quandam ſpeciem,& informem ſinum omnium capacem. qđ cap.15.dicere videtur. (& aliòqui non aliud quàm materię prima,& qualitatum primarum naturę explicatio eſt. de qua Hypp.lib.de carnib. nu.1.Philoſophus primo Metho. cap.3.& 2.gene.& corrup. cap.2.) nam ſi Hypp.Philoſopho,& Plat.in Timeo non cõſentit de nominibus principiorum,quę aliòqui eadem,& ipſe ponit.quid ergò ſuę illius ſpeciei nomine intelligendum velit,dicere oportet. an quid compoſitum,vel ſimplex: ſi ſubſtantiam,vel accidens . ſi materiam. aut formã. vel quid aliud. ſpecies.n. vel formę,vel compoſiti nomen Philoſopho eſt.Pręterea p ly capacem omnium, & quorum intelligere oportet ? aliorum ne principiorum,vel quorum ? quòmodo iſta appellabimus?demus laudem DEO, nominemus.(an caliditatem,frigiditatem,humiditatem, & ſiccitatem ? ſi hæc , profectò Ariſt.ſunt.ſi hæc non velis,vnde ergò frigiditas, & caliditas , quæ in mixtis,pluſquàm par ſit , aliquando habentur ? ergò vel probabiliorem doctrinam proponere , vel propoſitam accipere oportet.Sed hac de re nunc

ſatis,

ſatis,& quæ omnia æquè boniq. conſulere prçceptorem rogo. qualem tibi Ariſtotelem implorat. Neque enim ſecus tacitè à preceptoris doctrina publica reccedere fas mihi putabam, & ſuam meamq. citra iniuriam, niſi aliqua ſaltem propoſita ratione. vel nunc ex Hypp. Plat. Philoſopho Gal., & omnibus quotquot melius ſentientibus ſic nos ſuppoſuiſſe ſufficiat, & probaſſe, quod paulo ſupra num. dictum eſt. Nec obeſſe ea hic agitata quæſtio debet; elementa actu ne, vel potentia, & qualitate nè, & forma; an tota eorum ſubſtātia ad naturalium corporum mixtionem conueniant, quam Philoſophus 3. cæli tex. 31. innuere, & 2, de generat. & corrup. tex. 48. & Gal. Quàmquàm à Philoſopho diuerſimodè. §. de placit. Hypp. & Plat. cap. ſoluere videntur, quandoquidem quocumq. ea modo ad mixtionem venire dicentur, eodem, & nutritionem ingredi oportere concedendum eſt. Propoſitiones ergò ambę verę cum ſint, veriſſima etiam concluſio ſequitur. Tunc ſic, nutrimenta de natura quatuor elementorum eſſe debent, at aqua ex quattuor elementis vnum eſt, ergò nutrimenta de natura, & ſubſtantia aquæ, etiam eſſe debent, pro vt & de natura, & ſubſtantia ignis, aeris, & terræ. Tum proſequor, nutrimenta de natura, & ſubſtātia aquę participare debent, ergò aquam nutrire oportet. ex quo probatum venit, non ſolum aquam nutrire, ſed ad nutritionem neceſſariiſsimā eſſe: & inde vinum nutrire, ex eo quod aqueum ſit, negādum non eſſe, ſed ea maximè ratione, loco aquæ nutrire poſſe. & excellentius, ſi quid maius prę aqua ad nutritionem in ſe habeat, pro vt habere veriſsimum eſt. quod infra docebimus. Nec ratio noſtra hæc à corporis nutriendi nā deſumpta, eadē, vel ſimilis, ei eſt, quā ab eadem Buccius deducebat, quinnimmo tota planè diuerſa. quando ex eo ipſe vinum nutrire (quàmquàm aqueum.) ſuſtinebat, quòd humores in corpore quidam roſcidi dicti, nutriendi eſſent. et ſic non ſolidarum partium nutritioni, cui cibos inſeruire dicebat. ſed roſcidarum tantùm humiditatum nutritioni vſui eſſe contendebat. At nos è contra

Prçoccupatio.

contra ad vnam,& eãdem corporis,ſeu partium ſuarum nutritionem cibum,& potum ſpectare ponimus,quę humiditatis,& ſiccitatis particeps eſſe debeat, & humidatis quidem ratione potum, ſiccitatis verò cibum neceſſariũ eſſe oportere: ita vt non duplicis nutritionis gratia, ſed vnius tantùm conueniant ambo, vt ſpeculanti patet: & ſupra num.7.& 9. docuimus. quòd ſi logicè contenderetur, vt ſi vinum qua aqueum nutrit,ergò vinum nutrire non dicetur quo vinum ſaltem,ſed quo aqueum: Concedo,atqui iam contra id eſt quod negabatur vinum nutrire,quia aqueum eſſet. Verùm nec minus argumentatio valeret, ſed hęc pertranſeamus.

30 Vinum quomodo, & cur p̃ cęteris liquoribus magis nutriat.

Tertia autem concluſio,quod præ cęteris liquoribus, & humiditatibus,tùm in nutriendo,tùm in concoquendo præcellat vinum, ex his manifeſtum fieri poteſt,quas humido radicali (in cuius deperditionis reſtituendæ gratiã nutritionem fieri diximus num.14.& 15.) nęceſſarias cõditiones ſecundo de longit. & breuit. vitę,aſcribit Philoſophus his verbis: Intelligendum enim eſt animal natura humidum,calidumq; eſſe. tùm paulò poſt. quòcirca humidum eſſe tale conuenit,vt non facile ſiceſcat, & ob id pinguia putreſcere nõ ſolent. Tũ rurſum,non paucum eſſe humidum oportet;quod enim paucũ facile exareſcit, & paulò poſt,proinde non ſolum oportet humidum eſſe multum,ſed etiam calidum, vt ne facile congeletur, aut reſiccetur,& paucis interiectis,præterea oportet, vt qđ haud facile corruptibile,ſit, nequaquam excrementis abundet,hactenus Philoſophus.Quarè ſi quod optime nutriturũ eſt,has omnes cõditiones habere expedit, nulli liquorum alteri melius quàm vni ſoli vino,hęc omnia ineſſe poterunt.Nam humiditatem caliditatemq.& multam ineſſe ex vini natura conſtat,quod autem craſſum viſcidum,aut pingue tale,humidum ſit,ſi non actu ſaltem potentia, ex multo, qui in eſt calore coniectari poteſt, ex quo in humido craſsities fieri ſolet.quarto Metheor.tex. 21 & 22.& ſic non aqueum ſimpliciter, quod vino humidum ineſt,dicendum eſſe.(quàmquã locis ſupra initio pro

Mercuriali

Mercuriali citatis num. 4. & 4. Metheo. Philoſophus id, dicere videatur) ; ſed etiam vel eodem authore, aereum, & concreſcere aptum, quando ibid. tex. 48. ex propoſito rem quaſi definiens conceptis habet verbis, liquidorum igitur quęcunquè, & paulò poſt. At inter ea quæ liquida ſunt, de vino quiſppiam ambiget. Nam, & euaporare, poteſt, & ſpiſſari aſſolet, vt quod recens eſt. Cauſſa aũt quod vini plures ſunt ſpecies, &c. & paulò poſt, quod ſi vinum omne fæcem habet, pro fęcis copia, vtriuſlibet, vel terrę, vel aquæ exiſtit, hęc Philoſophus. quod & ſimiliter Gal. tertio reg. acut com. tex. 19. ſic docebat. vinum ſiquidem aquoſum leuiſsimam in ligno vitis habuit trãſmutationem, leuiſsimam, quoq., & elementi terrei permiſtionem, quod vt aqua foret, paulum terrei, calidæquè ſubſtantię occupauit. atq. in horum coniunctionem leuiſsima indiguit confectione. Contrarium, autem tùm vinoſum, tùm multiferum, neq. à leui concoctione talę efficit, vt potè qđ ab aqua longiſsimo recedat interuallo. quò itũ eſt, vt inſignẽ conſequutũ fuerit tũ caliditatem, tũ odorem. ex quibus Philoſ. verbis illud conſtat, talem vini nãm eſſe: vt non ſolum ſua humiditate aquæ, & aliorũ liquorum inſtar, ſed aliis etiam quas præ aliis liquoribus partes habet, longè melius nutrire, aliorumq. alimentorum concoctionem adiuuare poſsit.

Adde demum, quod non ſolum media radicalis, ſeu primigeniæ humiditatis reſtitutione, ſed ſuis etiam ſpiritibus, noſtrorum ſpirituum reſtitutione, maximè nutrire aptum eſſe, nec Mercurialis negare, vel referente Buccio audet. nec aliis, vel alteri nulli excellentius ita ineſſe reperitur, ac vino ipſi. vndè & benè in ſummo precipitiq virium lapſu ſincope vocata nihil ipſo præſtantius viribus reaſſumendis, vel Gal. teſtimonio 12. Metheod, cap 4 hactenus repertum eſt. qua et ratione, & ſenibus nihil eo aptius cõſeruandis, vt pueris nihil noxium magis 5 ſanit. tuendę cap. 5. dicebat. Qđ Illuſtriſs. Reuerendiſsimiſq. Eccleſię Romanæ viris animaduerſum ſit, ne qđ alioqui doctiſsimus illorum vir, & medicus Alexand Petronius ſuo

Procôi Schola aducerſus Alexandr. Petronium.

de victu Romanorum lib.2.cap.9. habet, aquam ſcilicet vino longius concoctionem,& nutritionem adiuuare; ſibi non paruo cum detrimento imponere ſinant. qđ. n.ex apparenti celeriori, ab aquæ potu concoctione ad hoc hoc probandum afferet, non concoctoria aquæ ui, q vel modica illi ineſt, ſed è contra ab accidente magis fieri côtingit. Nam quia ex aqua minor concoctio,& nutritio fiat, vt ſupra num.11.ex Gal. etiam com. 4. tex. 59. Sext. epid. probabatur, ideò celerior videtur; noua citius repetente nutritionis, neceſsitate, quàm à vini potu: quòd eo ipſo longè vberius ſubminiſtrari alimentum ſoleat. tardiorq. apparet á vini potu concoctio,& nutritio cum reuera non ſit, ſed diuturnior magis. præſertim verò vberiori ſimul alimento ingeſto. ea quippè ratione quam veram in hoc affert; quòd ſcilicet induréſcat,& ſolideſcat alimentum à vino magisq̃. aqua. vt ſupra diximus. & ideò maioris nutritionis, prę cęteris, aliis liquorib. fiat. qđ de natura diuturnioris alimenti ſit, ſiccius ſolidiusq. eſſe vt ſupra ex conditionib. humidi radicalis Philoſophi probabatur. Et ideò bené verùm eſt parciorem cibum deberi, cum vino, quàm cum aqua,& cum multo cibo magis côferre aquam. at non propterea quia aqua magis iuuet côcoctionem, ſed quia diminuit nutritionem alimentorum,& ſic expeditior fit, é contra verò quia à vino augẽt; & multiplicat alimẽtorũ nutritio, ideò multiplicato onere facultatis nutritiuæ differtur nutritionis conſumatio. non.n. concoctricis debilitate tantùm, quàm nutrimenti vberiore copia difficilior tardioruè protrahitur concoctio, vt omnibus inconfeſſo eſt. Neque verò dum hic in vino craſsitiem docuimus ex ea illi nutritoriam facultatem ſuſtinere, vt Buccius connatur, intendimus, non, ſed benè ex ea vinum præ cęteris liquoribus nutrire: cùm præ cęteris, his polleat dotibus, quę ad bonam optimamq. humidi radicalis naturam requiruntur. Diximus autem ipſum ſecundũ omnes ſuas partes(quàmq. aqueas etiam,) nutrire, licet quò aqueum minus nutriat. nihilominus, pro vt & aqua, ſic etiam ipſum nutrire aptum eſſe.

cœteris

cœteris autem partibus, magiſq. aquā nutrire, & eo tamen longè magis, ſi cibis permiſcetur, è quibus maiorem craſsitiem contrahere poſsit; quæ contrahi apta ex eo eſt, quod ſua humiditas cibi ſiccitati coniuncta ſuo calore craſſeſcat 4. Metheo. tex. 21. & 22. ideòq. nutritioni præ aliis liquoribus longius apta reddatur, nec nutritionis bonitate tantùm, quàm celeritate etiam nutriendi, omnes alios antecellit liquores; quòd & ſecundum vniuerſas ſui partes, & citiſsimè nutriat, vt Gal. com. aphor. 17. lib. 2. quibus accedit, quod ſupra alibi diximus hic repetendi dignum, com. 4. tex. 59 in 6. epid. vbi hæc habet. ſiquidem vinum aqua præſtat, non ſolùm ad concoctionem quæ in ventriculo fit adiuuandam, ſed etiam ad cōcocta diſtribuenda, ad ſanguinem creandum ad nutriendum, ad lotium ciendum, & ad rectè valentium corpora diflanda: ex quibus illud iudicium ſit, vtrum ad concoctionem nutritionemuè aquam magis, iuxta magiſtri Alexandri doctrinam, an verò vinum, prout poſuimus nos, conferre, dicendum veniat.

Nunc ergò, etſi vniuerſis ex his, non ſolùm dogmatis controuerſi veritas: ſed etiam Mercurialis, contrariæq. opinionis argumentorū ſolutio manifeſta fieri videatur: nihilominus tamen, & per ſeriem ſingulis reſpondeamus. Quandò ergò ad primi ſyllogiſmi minorem propoſitionem probandam, ſecundo argumento dicebatur: quæ nutriuntur denſa, & ſolida eſſe, tunc de ſolido diſtingui debet, vel ſimpliciter, & abſolutè dicto, vel de eo quod reſpectiuè dicitur, de primo modo falſa eſt ꝓpoſitio. ſiquidem verum non eſt ſolidum ſimpliciter, & abſolutè dictum nutriri, vt ex his quę ſupra nu. 24. & 26. dicta sūt, patet. De ſecundo autem modo vera quidem eſt ipſa propoſitio; At tunc falſa erit minor eiuſdem ſyllogiſmi, quæ erat: at vinum nō poteſt concreſcere in ſolidum; ſi de reſpectiuè dicto intelligatur. quandoquidem hoc tale nō ex ſolo ſicco, ſed humido, & ſicco fit, & ideò ab humido aptum coactumq. fieri, vt ibid. & infra etiam docebimus. Similiter quando in tertio ſyllogiſmo probabatur ſolida

31 Reſpōſio ad formā argumētorū Mercurialis.

tantum nutriri,quia ea tantum viuant, diſtinguendũ eſt de ſolido ipſo vt diximus.quòd autẽ ſolida abſolutè non viuant,nec nutriantur,ex iis quæ de vita,& ſolido nu. dicto 24. & 26. diximus patet. nàm cùm ſolidum abſolutè ſit illud,in quo ſiccum omnem euincit humiditatem, vt marmor,& lapis: vita verò in humido,& calido ſuam habeat eſſentiam: ſequitur vtiq. vitam,& nutritionem in ſolido abſolutè, fieri non poſſe. Quòd autem ſi in ſolido reſpectiuè vita,& nutritio fiant, tunc in ſolidum tale vinum concreſcere poſſit,ex eo probatur, quia cum ſolidũ reſpectiuè è ſicco,& humido æqualibus,vel altero alterũ parùm, ſed non omnimodè euincente sit, hinc fit,vt cùm in tali ſolido plurimũ de humido inſit, nutriri nõ poſsit niſi humidum etiam in nutritum ſui eſſe tranſeat, remaneatquè. Et ſic humidum vt tale, non ſolùm ad ſolidi reſpectiuè nutritionem aptum eſſe,ſed & neceſſarium,ex eo ꝙ ſupra probauimus,vnumquodq. ex his nutriri debere ex quibus conſtat. corpora autem noſtra ex multo humido, & ſicco conſtare Gal.11.Method.med.cap.11.& Philoſopho 4. Metheor.tex. 48. & 54. & in huius rei propoſitum de long. & breuit. vitæ cap. 2. circa principium comprobantibus.Vnde,nec in corpore noſtro vllas ſimpliciter ſolidas:ſed omnes perquàm molles partes eſſe videmus.niſi de oſsibus cuippiam contenderetur. ſed in his iam non animalis vita conſtituitur,quando nec areſcere ſua humiditate,& mollitie partes viuentis citra ſui interitum poſſuntGal.ibid.Et inter cætera animalia hominis corpus ex calido, frigido, humido, & ſicco temperatiſsimum: mediumq. omnium eſſe dr̃, quale illi propter veræ Philoſ. aptitudinẽ ad quã homo hoc in mundo conſtituitur pneceſſariũ fuit. Per verã aũt philoſophiã non nãlem ſolùm quàmq̃, & hæc vtilis ſit.ſed moralem,maximè võ diuinã intelligi volo. qđ & alibi docuimus. Et vltimũ qđ & actu nutrimentum dicitur, & humidum radicale appellatur, non ſolidum,aut humidum ſimpliciter,ſed humidũ craſſum,& ſolidum (inquantum humido ſolidum ineſſe poteſt.)appellari diximus, vt ex Philoſ. ſupra 2. de longitud.

& breuit. vitæ, & Gal. 1. natural. facul. cap. 11. & ſimilares partes quibus ſenſus, & nutritio ineſt, vt alibi diximus, terra, & aqua conſtant 4. Metheo, tex. 42. & Gal. 1. ſanit. tuend. cap. 1. & 2. & Hypp. 1. de dieta num. 3. quarè ſi partes nutriendæ pari humido, & ſicco conſtant, neceſſe erit, & earum nutrimentum pari humido, & ſicco conſtare debere. Et sic ineptum ex ſua etiam humiditate vinum nutritioni nõ eſſe, ſed ea magis ratione vtile, & neceſſarium.

Ad Philoſophi verò authoritates quibus ex 4. Metheo. probabatur ſupra nu. 4. & 5. pro Mercuriali vinum nõ nutrire, quia cõcreſcere aptũ nõ sit. si per non concreſcere intelligatur quod nec vllo penitus modo, & quantumuis minimè concreſcere poſsit, hoc falſum eſt: ex eo qđ cõtrarium etiam ibidem tex. 48. ex propoſito rem definiẽs idem Philoſoph. aſſerit, vt ſupra verba retulimus ipsius. Tùm ex eo etiam, propterea quod nullum ſimpliciter ſimplex corpus actu reperiatur, 2. de generat. & corrup. tex. 20. & 21. ita vt nec aqua quæ vſui habetur in totum ſimplicißima sit, ſed & ipſa mixtionem quandam ſortiatur, eò minus vinum ipſum simplex quid eſſe poteſt, ſed aqua longè mixtius. Quarè vt mixta corpora quin ad aliqualem craſsitiem concreſcere poſsint, fieri nõ poteſt. 32 Ad Philoſophi authoritates pro Mercuriali adductas reſponſio.

Et de aqua quidem ex ſale conſtat quod ex aqua, & calore concreſcit. & eo etiam, quòd ſi linteum madefactum multaquè aqua imbibitum, & non expreſſum exiccetur; intus exiccata aqua ſoliditas quędã, & tenſio duritieſq. linteo contrahi videtur. quod ea ratione fieri cenſendum eſt: quod imbibita per minimas lintei partes aqua, ſecundumq. ſuperfluas partes exiccata: humiditatis reliquum per minimas admixta lintei partes, ſiccis ſuſtinetur, ſicq. ſolidius fieri aptũ redditur. quo ſimiliter mõ in vnoquoq. reſpectiuè ſolido fieri dicendũ eſt. tùm quia tale nõ omni caret facultate ob mixtionem quam habet ſicci, concreſcendi. De vino verò ex eo apparet quod ſupra ex tex. 48. quarti Metheo. diximus. Aut per ly concreſcere, & ſolideſcere vinũ non poſſe, intelligendũ eſt intantùm, vt p ſui nutritionẽ ſuſtineri diutius p ætates aĩalis, hominiſuè

vita

vita poſſit,& tunc reſpondeo,vel de per ſe,& impermixto intelligi hoc poteſt,vel de permixto aliis cibis ſolidioribus. ſi primo modo concedo,at hoc idem,& de pane,& quolibet alio ſolidiori cibo dici debet, vt quo ſolo abſq; humiditate diu nutriri homo non poteſt. Si ſecundo modo tunc vtique nego,& falſum eſt,cum non ſolũ ea ratione ne ineptum eſſe nutritioni, ſed & neceſſarium magis docuerimus,quia vt ex Philoſopho ſupra diximus 4. Metheo.tex.28 humidum ſicco diffinitiuum eſt. & è conuerſo,ita vt inuicem glutinis inſtar fiant. qui vltimus nutritionis terminus eſt, vt ex primo nat. facul. cap. 11. docuimus. & Philoſ. ſimilares partes quibus nutritione m primo ex eodem docuimus,num.8. non ex ſicco tantum ſed ex ſicco humidoq. cõſtare docebat 4. Metheo. tex.47. Et hinc veritatis uim quàm benè vndiquè ſibi cohæreat obſeruare licet. dicit namq. Philoſophus ſiccum niſi humido diffiniri poſſe,nec è conuerſo ſed inuicem à ſe ſe diffiniri,glutiniſq. inuicem inſtar fieri. Gal. verò primo nat. facul. cap.11. nutrimenti, ad nutritum mutationes ennumerando vltimam nutrimenti cõſiſtentiam glutinoſam fieri debere tradit. vt & Philoſophus de conditionibus humiditatis radicalis teſtituendæ. Et ſi.n. poſt agglutinationem appoſitionem, & aſsimilationem ſubdat Galen. nuſquã, tamen glutinoſitas aboletur, ſed perpetuo perſeuerat. quò fieri debet, vt quo temperatiores animalium carnes ſint, glutinoſiores eſſe appareant. Quod ſi mente ſola apprehendere id difficile fiat,ſenſu,& experientia ediſcere licet. quando vidimus panis confectionem, quod ſolidum quoddam eſt, ex aqua, vt humido,& farina,vt ſicco ſimul remanentibus fieri: ita vt in panis eſſe,aquam remanere ſenſu appareat. nequè.n. per decoctionem,vniuerſam,à pane aquam abſumi putes,quando nequaquàm verum id ſit. Sic ergò, & in futuram noſtri corporis nutritionem rem cedere oportere credendum eſt,vt ſi apta fieri eſſe debeat,humidi ſubſtantiam nõ minus quàm ſicci remanere in nutrito eſſe oporteat. Et Dii immortales,& boni,quis equi, bouis,cæterorumquè

anima-

animaliũ carnes,ex ſicciſsimis eduliis ſeno, hordeo, aue-ua, & ſimilibus: ſuillas ex ſolis glandibus,hominum ex ſicciſsimo ſolo plerumq. mala ſua fortuna,& multo tempore pane, & pulli tenellas carnes, è ſicciſsimo ſolo milio: nutriri,augeri, & generari dixerit? non etiam vſu, & interuentu aquę alteriuſuè aqueæ ſubſtantiæ? nemo profectò, vel meo iudicio, quando nulli negatum iri poteſt, quin ſi nulla humidi ſubſtantia in nutrito eſſe remanente eorum nutritio fieret,neceſſarium foret,vt nutritorum animalium carnes, non minorem ſaltem quàm cum alimentis ſiccitatem retineri deberent, ſic pulli carnes non minus ipſo milio ſiccas eſſe oportere,quod & de ſingulis etiam neceſſe foret. Nunc verò ſi ſecus fieri videmus,nutritorumq. ſubſtantia longè mollior quã edulia, vel ipſo ſenſu apparet, vndè hoc fieri poteſt, niſi in nutrito animalis eſſe humida permanente potus ſubſtantia? ſed hac de re ſatis. Nec cum vinum permixtionis rõne nutrire dicimus cum Buccio incedimus,ſed tota planè diuerſa ratione. ipſe namq. ideò vinum permixtionis ratione in nutrimentum tranſire ſuſtinebat,vt num.10.docuimus,quoniam impoſsibile illi videbatur,ad minimas partes cum alimentis vinum permixtum denuo ſeparari poſſe: atquè inde ex impoſsibili diſſolutione miſcelæ,neceſſario in nutritionem tranſire.quod tamen nequaq.fieri debere docuimus ibid.cum aliòqui non niſi mixtionis diſſolutione magis nutritio fiat,ſecedentibꝰ ſingulis partibus in ſingulas homogeneas,humido in humidum,ſicco in ſiccum, calido in calid. & frigido in frigidum. primo de generat. & corrup.tex.49.Philoſoph. & lib. de alimen. num.2.Hypp.At nos non ex eo quod diſſolui mixtio non poſsit,ſed quia de futuri actu nutrimenti natura,& eſſentia humidi requiratur pmanentia, vt docuimus num.30.

32 Ad Hypp. Philoſophi& corrup.

Sed reliquum eſt iam,vt ad alias Hypp. Philoſophi, & Gal.in contrarium,etiam per Mercuriali adductas authoritates num.5.diluendas,ſeu verius interpretandas deſcendamus, finemq. pręſenti ſermoni imponamus, Ad id ergò quod ex Hypp.de alimen. & Philoſ. 2. de generat, &

corrup.

Gal. p Mercu riale ad ductas auctori tates reſpõſio.

Quo- modò humi- dum, & aqua nutriat ex Philoſ. ẽt.

corrup.tex.50.& cap.5.de ſenſu,& ſenſili,& Gal.com.tex. 17.in tertium reg.acut.dicebatur humidum,& aquam nutrimentum non eſſe.nec poſſe nutrire.reſpondemus.id verum eſſe de impermixto,& mero ſimpliciterquè tale, & abſolutè humido ſeu aqua: quia verum eſt ex eo vt tali ſimplici, corpus mixtum nutriri non poſſe; pro vt de ratione, & eſſentia nutriendi,& nutrimenti patet. At hoc non tm̃ de humido & aqua: ſed idem de ſicco,de calido, & frigido verificatur.cum vniuerſalis ratio ſit nihil ex humidis, ſiccis,calidis,& frigidis diſtributiue, & ſingulis impermixtis conſtitui poſſe Philoſophus 3. de generat. aīal. cap. 3. ſicut nec nutriri quidpiam poſſe 2. de generat.tex. 50.Quandò contradictionem implicaret ex vna ſimplici re quippiam componi poſſe. diſſerente. Hypp. optimæ philoſophiæ, & medicinæ parente toto de natura huma- na lib. Sicut nec compoſitum quippiam vna ſimpliciſſima re,& ſola nutriri poſſe.Verùm non ſic de ſingulis dicere collectiue,& per admixtionem remiſsis obſtat.Quin nimmò, non tantum apta, quàm neceſſaria ad nutritionem ſingula,veniant.quod & Philoſ.ͦ de aqua ibid: dicebat his verbis. Nam quæcunq. vno ſolo ali videntur, vt plantæ aqua,pluribus aluntur,terra n. aquę admixta eſt. quamobrem ipſi quoquè agricolæ miſcentes (terram ſcilicet aqua) irrigare conantur & 5.cap.de ſenſ.& ſenſili verba ſunt hęc. Nã primò quidem videmus cibũ compoſitum eſſe oportere. etenim quę aluntur ſimplicia nõ ſunt. Vnde è cibo excrementa gigni cernuntur, deinde nec aqua ipſa per ſe, & in commixta alere ſolet. Quare, vel ex Philoſophi locis aqua non tantum ad nutrimentum tranſire,quàm,& neceſſariiſsimam eſſe conſtat. nec verùm eſſe, vt vniuerſum quod per potum ingeritur.facta cibi concoctione,& diſtributione abſcedat(vt de Gal. authoritate primo de natur. facul. cap. vltimo docebat Mercurialis.) ſed in nutrito eſſe permanere debere. vnde etiam ſecundo de anima. tex.28.dicebat. ſiccis, humidis, calidis,& frigidis aluntur omnia viuentia: & paulò poſt. At verò fames,& ſitis cupiditas eſt. & ſicci quidem & calidi

lidi fames: frigidi verò, & humidi ſitis. Neq. n. frigidi, & humidi neceſſarius vſus ad concoctionem, aut diſtributionẽ eſſe põt, cũ ad hoc obſint magis. 4. Metheo. cap. 2. ergò ad nutritionem. Contendere aũt humidũ, & aquã non nutrire, quia impmixta nõ nutriant, pridiculum eſt: cũ id non tãtum de humido, & aqua: quàm de ſicco, vt tritico, hordeo, & ſimilibus veritatem ſimilem habeat, vt ſuperiori diximus nu. 31. Neq. n. hęc vt ſicca tantùm nutriunt, ſed vt & humiditatis in ſe participia vel ſunt, vel per admixtionem acquirunt. Ergò vel de nullo huiuſmodi verũ eſſet dicere quod nutriat, vel ſi de aliis verum eſt, idem & de aquã, & humido verum erit dicere quod nutriat, vel Philoſopho ipſo authore, non tàm citatis locis, quàm prima problemat. ſect. problem. 13. cum de aqua hæc habet. cur mutationem aquarum grauem, aëris verò non grauẽ eſſe affirment? an quòd aqua corporibus alimẽto eſt? & 2. de part. aĩal. 2. dicebat. Alimentũ aũt oẽ ex humido, & ſicco ſuppeditat. Neq. võ dicimus cõ Marcello phyſico, & conſiliario Mantuano ſuo de medica hyſt. mirabili lib. 4. cap. 20. aquam mixtam tm̃ nutrire, & aquam ſimpliciter & elementarem nõ nutrire: non. ſed dicim⁹ nos aquam proprie nutrire per ſe, & ſimpliciter, & elementarem etiã, licet nõ impermixtam, & ſine mixtione. Nam per ly mixtam, vel intelligi poteſt quòd ipſa non nutriat niſi ex admixtione, ſeu propter admixtionem, ita tamen quod ſua ſubſtantia nõ tranſeat in nutritum eſſe, ſed id tantum qđ ei admiſcetur. ſeu quod non tranſit in nutritum eſſe, niſi ex vi permixtionis; quemadmodum, & Buccius vino nutritionem ſuſtinebat ex admixtione cum alimentis: & hoc vtrumq. falſum eſt. eſſetq. in idem cum Mercuriale, vel Buccio incedere. Vel per ly admixtam intelligi poteſt, quòd nõ niſi admixta tranſeat in nutritionem: at per admixtionem, ſeu media admixtione, ſuam ſubſtantiam in nutriti ſubſtantiam conuerſã iri. & hoc vtuq. verum eſt. multum ſiquidem refert dicere aquam non nutrire niſi ex, & propter admixtionem: & non nutrire niſi per admixtionem, cuius cã pter quã ſupra diximus, ſua eſt frigi-

ditatis intēſio,& humiditatis: quæ vt ſimplici abſolutéq. tali ineſt in ſummo, ſic nec ab eo quod temperatum tale eſt vt mixtū, admitti poteſt. At non ꝓpterea qđ remiſſa nō admittat. Nam hoc mō perinde eſt, ac ſi quis diceret de ferculis intensè calidis, vel frigidis nō nutrire poſſe, quia ea intenſa qualitate admitti ad nutritionem nō poſſunt. vbi verò ab intenſa refrixerint caliditate, vel caluerint frigiditate, tunc nutrire quidem poſſe. Non.n. hoc modò negatur vis nutritoria, ſed dicitur impediri actus nutritionis intenſa ea qualitate. ſic & aqua elementaris, ſeu ſimpliciter aqua dicetur nutrire non poſſe, non defectu nutritoriæ facultatis, quā nō habeat, ſed tm̄ quia exceſſu intenſæ ſuæ qualitatis ad actū nutritionis deuenire non poſsit. & hoc modo non plus ab aqua, & humido, quàm à calido, ſicco, & frigido quoquo abneganda nutritoria facultas eſt.

Pro aquę, & vini nutritione Hyp. & Gal. authorit.

Et ad id quod Hypp. habet in finem de alimentis humidum non nutrimentum, ſed nutrimenti vehiculum eſſe. opponitur eiuſdem locus lib. de diæta num. 4. quando habet. Aqua per omnia nutrire poteſt. & aphor. 11. lib. 2, qn̄ habet. facilius eſt impleri potuq̄ cibo. Et quod ibid. de alimentis habet. qui celeri indigent nutritione hos humidis nutrire oportet: qui verò celerrima odoribus. Et ad Gal. locum primo nat. facul. cap. vltimo, quando totum id qđ bibimus vrinam fieri dicit: præter quod ibidem ſe declarat, quando habet. meiunt.n. hi (de his loquens qui plurimo vino albo, & tenui vtuntur, de quo, vt de aqua verum eſt, prę cibis, & vino parum nutrire) celeriter tanto paulò minus quantum bibunt. & paulò inferius, quāquā ſępenumero quantum potauit quis, totum id paulò minus mingitur. vbi, apparet per totum non ſimpliciter, & abſolutè totum: ſed quaſi totum intelligi velle. opponitur etiam id quod habet primo ſanita. tuen. cap. 2. cum habet. cibo igitur quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit reſtituimus: potione quicquid humidioris. vbi notandum eſt verbū reſtituimus. Et com. tex. 19. ſup. dicti 3. reg. acut. vbi hēt, vt diu qui aquam bibant magis durent quàm qui nihil aſſumunt. Neq. verò obiecisse ſufficeret hic, locum Gale-

ni hunc,aquę vſum vt medicamenti ſuſtinere,nō autem, vt alimenti, cum dixit:id euenire quod ventriculi corporis arriditas irrigetur,vt diù qui aquā bibant durent,quā qui nihil aſſumunt. quod & com. tex. paulò ſuperioris, & 17. apertius dixiſſe videtur,cum dixit: Aquam ſcilicet non vt alimentum,ſed vt medicamentum vires recreare. Nàm ſi per medicamentum intelligit propriè dictum, qđ à cibo per ipſum contradiſtinguit, vt ſit quod naturam alterat. primo facul.ſimpl.cap.1.id nequàquàm cum ſuperiori loco primi ſanit.tuen.ſuſtineri poteſt,vbi ait; per potum reſtitui quicquid humidioris ſubſtantię efluxit. reſtitutio autem dicit nutritionem,vt ex his quæ de nutritione docuimus apparet.ergò per medicamentum non propriè,ſed impropriè,& quod per participationem medium inter medicamentum,& cibum eſt, intelligendum venit:quo ſcilicet, & reſtitutio cuiuſdam fit,& alteratio. Maximèverò cum humiditas inter materiales,&paſsiuas qualitatis locum teneat ſuum,vt pluries ſupra oñſum eſt, quarè propriè ſimpliciterq. agere non poteſt,niſi per ſui ſuppoſitionem ſubſtitutionemq. ad patiendū,magiſquā agendum:quę conditio cibi potior eſt,quàm medicamenti·Quarè ergò ſi contraria eadem de re loca reperiuntur, pro iis interpretatio ſuſtinenda eſt,quibus ratio,&demonſtratio conſentit.Atqui humidum, ſiue aquam,& vinum, non tantum nutrire,quàm ad nutritionem neceſſariiſsima eſſe, demonſtratio ſupra oſtendebat.nu.30.

At verò de vini nutritione manifeſta, & Hypp. & Gal. loca ſunt,&tertio de reg.acut.& com.aphor.11.lib.2.Gal. qñ habet.Quæ verò craſſa,& rubentia ſunt, plus alimenti habent,quàm reliqua vina Ineſt.n.eis,& citiſsimè implere corpora euacuata, & ob indigentia adiectione. Quòd autem alimentum humidum,pręcipuè cum fuerit natura calidum facilius nutriat: manifeſtum iis eſt, qui norunt quòmodò concoctio.&diſtributio fiant.hæc Gal.E quibꝰ & illud contra Fracaſtorium de quo,& num 27.diximus an ſiccum,vel humidum alimentum dicēdum vinum ſit, colligi debet: & eas voces indigentia adiectione, notare

oportet, quæ non tantum diſtributiònis officium, vt Mercurialis vult: ſed veram nutritionem quæ per appoſitionem, & adiectionem nutrimenti fit, planè docent. Et quid apertius de vera nutritione, quàm quod com. aphor. 17. eiuſdem habet his verbis. Celerrimè igitur omnium, & vniuerſim, maximè vinum alit, tardius autem, & paulatim caro bubula, & cochleæ, &c. vbi quid apertius quando vini nutritionem ciborum nutritioni comparat. comparatio verò non niſi inter ſimilia cadit. Quarè non differt vini nutritio à ciborum nutritione niſi ſecundum celeritatem, & vniuerſalitatem, vel ipſo Gal. teſtimonio. Sed nec illud Gal. pro vera vini nutritione oſtendenda prætereundum eſt, quod tertio de cauſsis pulſuū cap. 17. ſic habet. ac omnia ſubiicit nobis, quæ de uini virtute ſunt ab omnibus medicis prodita. Appoſitio.n. quam facit celeris eſt, &c. & paucis interiectis. Quam ob rem, vt celerem ita minimè duraturam à vino appoſitionem corpora accipiunt. quibus nihil apertius pro vini nutritione Gal. dixiſſe poterat. Omitto verò q̄ ab Aetio, Paulo, Celſo, Auic. aliiſq. probatiſsimis virorum teſtimoniis in huius rei cōprobationem afferri poſsent: cum hæc pauca ſuffeciſſe apta ſint, vnde, & alii poſt hos omnes ſua deſcripſerunt.

Cōclo exPlat. comp-bationc. Ex his ergò quā ab aqua, & vino nutritionem fieri videmus, vniuerſaq. medicorū ſchola ſemp edocuit: verā, realemq. eſſe, & nō apparentem demōſtraſſe ſufficiat. Quib' ea conſentanea ſunt, quæ longè prius Diuinus Plato annuerat lib. 34. de legibus, vel legum lat. dialogo ſecundo dum habet. Vinum à Diis hominibus conceſſum quaſi aduerſus ſenectutis duritiem, & infra aliquid: vt igne ferrū ſic bibentium animos vino emolliri. Et paulò infra. Vinū hominibus datum, vt remedium, & medicina in contrarium ſit, quo animus pudorem, corpus verò vires & ſanitatem adipiſcatur. Quod, & ego tàmquàm verùm obſeruaſſe annis iam paulominus viginti quibus medicinam dicto profitere poſſum, quandò vel paucos laborioſos morbos offenderim; quibus profligandis etiam vini opera nō ſim vſus: cum non minus periculoſum, & exitiale ad mul-

tas

tas ſeptimanas, vel tantùm menſem ęgros aquæ ſolius potu torquere ſit: quàm vini ſalubriore vſu, ſolatio non modicõ cũ artis gloria, & decore, opi eſſe poſſe. Quod eò vſq. & primos medicinæ parentes factitaſſe, & obſeruaſſe viderim, Hypp. 3. reg. acut. à primo ad 29. & Gal. in com. ſi modò, vel vini naturæ copia detur. vel ſaltem qua volo temperie vtantur. Id autem de vino ignorandum non eſt, vt cum de natura mutationis ſit, ad cõtraria ſemper fieri, propterea quot habet quibus ad vſum eſſe vinum poteſt partes, ſic & ancipitis gladii more eaſdem totidem quibus nocere paratum ſit habere, ſi à recto, & debito vſu declinare contigerit. cùm non minus periculoſus quàm vtilis illius vſus, niſi cautè adminiſtretur fiat. Quã rõne, & non immeritò ab aliquibus vinũ hominibus eſſe à Diis datum vt inſanirent, putatum fuiſſe referrebat Plat. loco ſupracitato. quamquàm ſecus ipſe de rei veritate, vt & nos ſentiat, quod diximus. Sed hinc ſufficiat ob ancipitẽ eius vſum hoc putatum fuiſſe. Et hæc ſunt quę à te mihi data occaſione, hac de re prout ſentienda, ſic colligenda in tui gratiam duxi. In qua porrò, ſi nõ pro rei grauitate, & tua Reueren. vir quã de me habebas expectationem ſatisfactũ ſit, ignoſcendũ erit. Quòd de re in qua, & grauiſsimorum virorum ingenia laborant, vndequaquè ſatisfeciſſe non tàm facile fiat. Benè vale, & me tui amantiſsimum amato, meliora his ſi quis DEVS ad hæc ocia fecerit vnquàm, expectaturus.

Vſus vini quã anceps, vt vtilis.

LAVS DEO.

Errores benigne lector, qui vel authoris oculos ad dia plerunq. raptos ſubterfugere ſolent, ſi quos leuiores offenderis, vt & plures ſubeſſe ſcio, amicè ignoſcito. Verborum autem læporem, orationiſq; elegantiam

ne deſiderato, quæ nulla eſt, prout ęgrorum curationibus, quàm ocio ſcribendi impliciti magis, nec ſtudium impendimus vllum. Rei autem argumentum cui verius intendimus, examinato, corrigito, & accuſato. rem nobis non minus gratam, quàm vel gratiſsimam facturus. Quandò vel ſic docuiſſe, vel ad meliora nos promouiſſe profueris. Sed nè ēt tàm crebras legiſtarum quaſi more interpoſitas authoritates mireris. Quando incontrouerſis decernendis non tm̄ ſua, quàm aliorum probatiſsimorum Authorum demonſtratione probata, ſic agendum putauimus.

Regiſtrum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

† A B C D E F G H I.

Omnes ſunt duerniones.

VERCELLIS.

Apud Franciſcum Bonatum. M. D. XCIII.

Superiorum conceſſu.